

R 80574

ANIMADVER-
SIONVM
Iuris Ciuilis Liber singularis;
GREGORIO LOPEZ

MADERA I. C.

MANTVAE CARPENTANO AVTORE.

P R A E F A T I O .

FA FVIT semper studiorum meorum ratio , vt omnem operam ab initio eorum posuerim , totoq; animo intenderim , vt possem studiorum laborem iuuare , meumque munusculum in publicum conferre . Quod esse animi liberaliter à natura instituti , & virtutem , ac decus amantis semper iudicau . Erat id vero in' aliud tempus destinatum , vt iuxta Horatij præceptum , in nonum præmeretur annum , ne præcox , & penè præcipitata emissio aliquid operi apud detractores detraheret . Metui tamen , ne

A quod

BIBLIOT
UNIV

R 80574

ANIMADVER- SIONVM

Iuris Ciuilis Liber singularis;

GREGORIO LOPEZ

MADERA I. C.

MANTVAE CARPENTANO AVTORE.

PRAEFATIO.

EA FVIT semper studiorum meorum ratio , vt omnem operam ab initio eorum posuerim , totoq; animo intenderim , vt possem studiorum laborem iuuare , meumque munusculum in publicum conferre . Quod esse animi liberaliter à natura instituti , & virtutem , ac decus amantis semper iudicau . Erat id verò in' aliud tempus destinatum , vt iuxta Horatij præceptum , in nonum præmeretur annum , ne præcox , & penè præcipitata emissio aliquid operi apud detractores detraheret . Metui tamen , ne

A quod

quod mihi in quibusdam animaduersiōnibūs accidit, sāpiùs euēniret, ita vt oleum, & operam perderem. Fuit enim opus ex eis aliquas reseca-re, quōd in alijs ex nuper emissis operibus obseruatas reperiērem, vt periculum esset, si diutiūs expectarem. Quod vt effugiam, parum abest quin incidam in Scyllam: cum sit mihi necessarium eius, quam non imprudens commisi, culpæ veniam petere, in Albino à Catone ieprehensum. Sed in hoc etiam à Catone veniam impetrarem, quod impulsus faciam, ab eo qui-dem, qui imperare poterat, adhortatus: Ex eo quoque, quod tantum animaduersiones quasdam emittam, quæ forte reuelatæ sunt paruulis, & absconditæ à Sapientibus. Licet non negem, me ideo hoc genus scripturæ delegisse, quia magis placeat; ne præter multitudinem librorum, quibus quotidie obruimur, (quam tamen esse nece-sariam Pomponius Iurisconsultus iudicauit, vt sint, qui possint semper ius nostrum tam variū, & mutationibus obnoxium in melius producere) crambe etiā repetita grauemur: Quæ nedum ius nostrum non iuuat, sed ab eius limine optimos sāpè ingenios desperantes repellit: quod vix fieri potest, vt non sit, etiam si tertius Cato ve-lit iterum commentarios iuris duplicare. Cum enim multis, imo omnibus penè in locis, noui-

tatis

tatis parum afferri possit, cogetur scribens à docto-ribus nostris tradita, & confirmata, iterum transcribere, & congerere; quæ tamen ab ipfis fonti-bus haurire, non sine magno ipsius commodo lector posset. Et hoc quidem vitium maiores nostri effugere non potuerunt, quos tamen re-prehendendos non arbitror, quia maior eorum pars, non scriperunt, vt ederent, quæ ipforum discipuli memoriam tantorum magistrorum ve-norantes, ediderunt: sed tantum vt suo legendi muneri deseruissent. Quare coacti, aut nolentes, & inscij cum fecerint, neq; imitatione digni sunt, neq; reprehensione. Qui enim ex eis, vt posterita-ti consecrarent, scriperunt, aut in eo ipso gene-re scripturæ maiorem adhibuere delectum, aut aliud elegere; iam verò id fieri sine magno repe-titionis periculo non posse, mihi planè animo infedit. Quam tam effugio, vt non parum ve-rear, ne breuitatis me accusent, qui omnia apud omnes desiderant. Id tamen consultò feci, quia si docti, & in studio iuris progreffi meas has lu-cubrationes aliquando legerint, non eis erit hu-ius relationis opus: si autem in tyronum manus venerint, vt adeant (quod semper in illis desideraui) prius fontes ipfos, & venerandos illos, post romonethas, antiquos magistros: præter quos, si aliquis occurrit, eius nomen, & opinionem &

A 2 pro-

prodesse posse spero) nunquam prætereo . Illud autem omnibus semper viribus sum enixus , vt à mente duos illos veritatis infestissimos hostes ex terminatos haberem , ambitionem scilicet , & animi abiectionem , atque puerilianimitatem ; quæ vitia artem nostram , sicut & alias , in exitium perduxere . Namq; , vt ab hoc ultimo vitio , in nostris tamen primo , initium capiam , maximè in eo plurimi peccauerunt : dum à maiorum placitis neq; recedere audentes , captiuitate & illis misera , & nobis exitiali , in magistrorum (quod dicitur) verba iurantes , & Pythagoræ discipulos se efficients , veritatem potius , quàm præiudicatam illorum opinionem , abnegarunt , nemine in quaestione , quod superior dixerit , adducente . Ex quibus communes opiniones factæ , quæ sapientissimè falsæ sunt , & aperto iuri repugnantes ; à quibusdam etiam ortum aliquando ducentes , qui et si doctissimi fuerint , communesq; merito collendi magistri , opere tamen in longo somno obrepserunt . Quorum isti ita se constituerunt deditios seruos , vt non solùm sententiam eorum vnam ex innumeris , aut mutare , aut nouare ; sed ne quidem perficere ausi sint : cum potuerint , & debuerint sine aliorum iniuria , suáue iactantia , multa mutare , alia nouare , atq; adiucere in iure nostro tam vario , tamque diffuso . Licet enim
sint

sint gregatim plures eiusdem sententiæ assertores , at veritas eorum errore non mutatur ; nam iuxta rationem , non multorum opinionem , metiendam esse veritatem eruditè nos Vlpianus docuit . Hoc tamen vitium fugientes aliqui in contrarium incident , quærentes nouas sectas , quarum se prodant autores , plurima , quæ interpretationem certam , eamq; verissimam semper habuerunt , nouitate ducti , contra ipsorum iurisconsultorum præceptum , mutantes : alia in reprobum sensum trahentes , ius ciuale calumniantes , antiquos insectandi , & seipso conficiendi desiderio . Quod tam increbuit , vt iam non solùm seipso accusent , sed & eos arguant , quos defendere iurisconsultorum munus est , accusare penè sacrilegium : Iustinianum dico , & Tribonianum , ex quibus illum illiteratum , & analphabetum appellant , cui multa imposita dicunt , quia approbabat , quod non intelligebat . Hunc impium , sacrilegum , facinorosum , & christiani nominis abhorrentem nominant ; vt hac ambitione ducti , reprobos autores sequi malint , quàm viros optimos , & autores meliores , qui hæc omnia imposta fuisse Iustiniano , & Tribionario fortissimis argumentis probant , & affirmant ; quam tamen calumniam , si ab illis tollas , corruet maior suorum operum pars . In quo quidem , quantum obfit

obsit doctorum ambitio , vel ex hoc perspicuè patet , quia si Iustinianum , & Tribonianum accusare nobis licet , totum ius ciuile rueret : cum esset in nostra potestate hoc negare , illud asserere , quod Tribonianus , & socij non rectè intellexerint . Ut autem ambitionem istam scriptorum illos obcæcare constet , vt videntes , non videant , & qui in refellendis , ac confingen- dis alioquin argumentis dexteritate præualent , in his deficere , admittamus commentum eorum , qui contemptorem Dei appellant Tribonianum , & Iustinianum ab eo seductum , ex eoq; accusant , vt iura intelligendo , non intelligant . At pro illis dabimus eis Vlpianum , quem constanter defendunt christianorum acerrimum , & infestissimum hostem : dabimusq; omnes Iurisconsultos , & plures rescriptentes Imperatores ethnicoſ , & in- fideles . Accedunt etiam , & in hanc classem re- ferendi erunt alij ex neothericis , qui iura intelli- gere sine Cicerone , Cornifitio , Tacito , & alijs antiquis nesciunt , & ex eis leges , tanquam ex oraculo , interpretantes , aliter facientes non intel- ligere putant ; acsi non possint & autores ipsi à Iurisconsultis dissentire , qui aliud agentes , rerum , quæ ad ius pertinent , aliquando meminerint ; cum & Iurisconsulti inter se nonnunquam dissen- ferint , vnde Proculianorum , & Sabinianorum

ſectæ

ſectæ originem habuerunt : & hos quidem vide- re licet , in legionum nominibus afferendis , in quærendo antiquorum cultu , in tradendis eorum (vt omnia complectar) circa res minutissimas moribus , in medio iure occupatos , vt negotium facientes nihil agant . Cum ergo sit ex vtroq; latere periculum , semper probandi sunt illi , qui medium , & virtutis tutissimam eligunt viam , vt veritatem assequantur , non etiam autorem respi- cientes , vt iniuriam sibi fieri putent , si ab infe- riore veritatem recognoscant , & propter ma- levolentiam , ac perucaciam doceri nolint . Re- ctiūs sanè Plinius ille magnus (vt alter secun- dus de eo refert) ex illo , quod in ore ferebat , nullum esse librum tam malum , qui non aliqua ex parte prodesset , tantarum rerum cognitio- nem , absolutamq; doctrinam exhaustiuit . Libel- lo autem , facti de nomine , animaduersiorum ti- tulum præposuimus , vt obſeruationum , siue va- riarum tritos magis fugeremus . Quod pollicet- tur (nam non in omnibus idem exigendum) notas in quibusdam iuribus , quæ hucusque , aut nō rectè intellecta , aut inordinatè explicata sunt . Non ergo in omnibus nouitatem desideres , aut quæras ; sed in quibusdam ordinem , in alijs de- lectum , in alijs etiam maiorem antiquorum tra- ditionibus probationem , eamq; necessariam ad- ditam

ditam inuenies. In autoribus planè citandis parci fuimus, non enim remissiones, quas vocant, non etiam repertoria confidere fuit animus, sed animaduersiones, in quibus ea, quam potuimus, diligentia adhibita, iura explicamus nuda veritate, ac ratione detecta, quam nobis, non doctorum turbam, suffragari desideramus. Etsi sciam, & metuam ne allegationes requirant aliqui, qui nisi adsit allegationum (quam vocat doctus q̄ idam) luxuries, nihil actum putant. Quo factum est, vt vix maior autoritas sit apud aliquos legibus ipsis, quām commentatorum scriptis, cum videant plures, eosq; doctissimos huic consuetudini additios in probationem eorum, quæ iure aperto decisa sunt, & Glosam, & Bartolum, Baldum, Iasonem, Paulum, & alios testes adducere, ac si veritas egeat testibus: iura etenim nobis vera putanda sunt, & exinde probanda. Quo fit etiam, vt si consilium, ac responsum iuribus probè munatum, cum alio multis, & crebris doctorum dictis, atq; sententijs in farcitum conferatur, huius magis ostentatione, quam illius veritate ducantur: vt verè dici possit, perduxisse eos legem in potestatem suam, atq; bonorum autorum iram merito in se concitasse. Non ex hoc tamen aliquis existimet, me vt Hotomanum, Egyniarum, Goueanum, & huius farinæ autores, Bartolo,

Baldo,

Baldo, Alexandro mastigem, ostendere velle: quibus quidem summam doctrinam, nec me laudatore gentem, concedendam reor; quos patres, ac magistros iure optimo venerandos arbitror. Nam qui eos, nimis impudentes, vituperare audent, non vident temporis fuisse commune uitium, quod eis vitio vertunt. Eius enim temporis in bonis literis, in Latinis, Græcisq; optimis autoribus virū probè versatum non dabunt, non si Theologos etiam, Medicos, Philosophos, & humioris quoque literaturæ homines omnes enumarent. Quòd si attentè animaduersiones hasce meas aliquis legerit, videbit planè, non minus me doctores noltros euoluisse, quām si allegationibus crebris, illæ eadem forent onerandæ, etsi castigatius multò sint scriptæ, quām se copia suggerebat. Demum optimum lectorem exoratum velim, vt si quid contra doctorum communem opinionem inueniat traditum, non rugas contrahat, non despiciat priùs quām perpendat, & cum eorum sententia conferat: fortasse enim placebit, nec fecisse penitebit. Si autem hanc meam opinionem non probet, aliam probabit. Est etenim humanum ingenium errori maximè subiectum; neque equidem tantum mihi tribuo, vt putem omnia me verè, aut sufficienter tradidisse: ne tamen me aliquis putet arrogantem, & ambitio-

sum (quod tam detestor) errasse : sed planè in
veritate assequenda , quod omnibus viribus
conabar , ingenio defecisse . Quòd
si candidus lector talem se cen-
forem exhibuerit , alacrio.
rem me reddet ad
animaduersio-
nes iuris.
canonici edendas , quas paro .
Iam ergo ad rem ipsam
accedamus .

ANIMAD-

ANIMADVER- SIONVM

Iuris Ciuilis , Liber singularis .

*De interpretatione . L . 1 . ff . de Iusti-
& Iure . Cap . I .*

- 1 Iuris ethymologia per Vlpianum , quæ defenditur nume . 6 .
- 2 Eadem per Galeotum Martium .
- 3 Eadem per Hieronymum Magium . quæ tamen omnes sunt vocabuli allusiones . nume . 4 .
- 5 Nominis notationes plures afferri posunt .
- 7 Iuris nomen in l . 1 . ff . de iust . & iur . accipiatur pro ipsa iuris arte .
- 8 Illud verè ius est , quod è iustitia emanat .
- 9 Iuris diffinitio per Vlpianum . Et eius interpre-
tatio nume . 13 .
- 10 Aequum , & bonum , idem quod Græcis Epÿ-
chia .
- 11 Epÿchia consistit in benigna legum interpreta-
tione , & summi iuris remissione . num . 1-2 .
- 13 Officium iurisprudentis est , leges omnes ad iusti-
tiam ,

tiam, & aequitatem referre.

14 Aequum, & bonum, idem quod ius naturale. idq; per antonomasiā significat. num. 16.

15 Aequum ab iniquo, & licitum ab illicito, discernit sola lex naturalis.

E OELIX, faustumq; principium erit, si harum animadversionum exordium non ē triualibus quæstionibus; quæ nō tam iustitiæ, quām litigandi tradunt vias; sed ex ipsa iuris vera cognitione sumamus: vt verè quod est fundamentum omnium, quæ in iure tradenda sunt, præmittamus, à quo Iustinianus cum Vlpiano Iurisconsulto exorsus est. qui in l. 1. ff. de iust. & iur. illud præfatur de iure agentem prius nosse oportere, vnde iuris nomen descendat. † Ius autem à iustitia appellari affirmat. Quod in primis taxat Galeot. Martius, in alienam messem manum inferens, in lib. de doctrina promisc. c. 28. à iuuando potius dictum afferens: † cuius animus, si non reprehendendi Iurisconsultum es-
set, non erat à nobis reprehendendus. Etenim ius à iuuando etiam dici potest: iuuat enim humanam vitam, vtilitatemq; communem: iuuat concilia, coetusq; hominum, quæ ciuitates appellantur; iuuat demum, vt exploratum cuiquam esse possit, quid suum, quid alienum sit. Idem etiam repro-
bat.

3 bat Hieron. Magius lib. 4. Miscella. c. 1, † qui cum Pomponio Grammatico à iubendo dictum dicit, quòd antiqui iura quasi iussa dixerint. Quod etiam reijciendum non esset, nisi ius civile calumniaretur; id enim non oportere respondit Paulus in l. penul. ff. ad exhibendum. Vnde varie Vlpianum ab his calumnijs crux doctores tentant; & vt vtrà glesam, & antiquos aliquos laudem, ij sunt Vldaric. Zafius in summa titulorum: Fortunius in repetitione huiusce legis. Alciat. lib. 1. parerg. c. 29. & Rebard. lib. 1. variorum c. 2. quorum sententias, vt neque probem, neque 4 reijciam, non erit opus recensere. † In hoc tamen omnes conueniunt, non esse veram ethymologiam, sed vocabuli quandam allusionem. Sunt quoque huiusmodi ab Isidoro in c. ius. 1. distinc. Galeoto, & Magio suprà citatis, tradi-
5 tæ. † Nihil enim interest, si huiusmodi nomini-
nis notationes plures afferantur. argu. l. 1. §. miles. ff. de testam. milit. & l. 1. ff. de furtis. Quibus vtuntur sapissimè, & iurisconsulti, & alij probatissimi autores. Si verò Grammaticorum regulas inspiciamus, ius potius nomen (vt cum ipsis loquar) primium, & à nullo deductum dicendum esset. † At si aliunde tamen, explica-
6 tionis gratia, deducendum est, in specie, de qua Iurisconsultus, eum sequi, quām Galeotum, Ma-
gium,

gium, & alios posteriores mallo. Vt autem hanc Vlpiani magis probem allusionem, cumq; constanter defendam, † illud mihi suasit, quòd in hac lege iuris verbum, quod varie accipitur, vt docuit Paul. in l. penul. ff. de iust. & iur. cum pro ipsa professione iuris, & (vt ita dicam) scientia legali sumere, pro comperto habeam. Quod ipse Vlpianus satis docet, dum iuri operam datum dicit, & diffiniendo hoc ius, esse artem factetur: vt etiam annotasse videntur L. Oratio. de iuris arte, titu. de iure. axiom. 5. & Ant. Gouean. lib. 1. variarum lection. c. 18. Meritò ergo ius hoc, quod est ars, à iustitia appellabitur: cuius rationem reddit iurisconsultus, dum ait, iustitiam namq; colimus. Quod magis probabis, si audies Diuum Augustinum in lib. 19. de Ciuit. Dei. c. 21. † dicentem illud ius esse, quod de iustitiae fonte emanarit. Ex quo Cicero de rep. per eundem Augustinum citatus, ostendit geri remp. sine iustitia non posse. Vt doceat igitur Vlpian. sine vera iustitia ius istud non consistere, ab ea ius appellari affirmat. In quam sententiam plurima ibidem Diuus August. plura etiam Cicero libr. 1. de legib. Quam optimam, & latentem Philosophiam, vt Vlpian. vocat veram, cum considero, Grammaticorum regulas parum moror, magisque dignam hanc allusionem tanto iurisconsul-

to

to iudico, quam si à iubendo, aut iuuando cum Grammaticis dictum affirmaret.

V E R V M , vt animaduertenda in hac lege coniungamus, cum etiam idem in diffinitione iuris sit obseruandum; diffinitum nempe esse artem, ea nobis examinanda est. † Inquit enim, ius est ars æqui, & boni; in quo, se licet superarit Vlpianus, habuit tamen eius sententiæ reprehensorum; quam, vt ab impugnatoribus doctores nostri defendant, plura de æqui, & boni cognitione afferrunt, reprobato Accursio: qui male æquum, & bonum in hoc casu separat. Summa autem eorum, quæ tradunt hæc est. † Æquum, & bonum id esse, quod Græcis Epichchia dicitur, † quæ consistit in explicatione legum; quæ, cum generalia sint, & in vniuersum ferantur, vt docuerunt iurisconsulti in l. iura. cum sequentibus. ff. de legibus. lege generaliter loqua, aliquid euénit potestè præter genus illud vniuersum, suppleriq; debet id, quod deest interpretatione æqua. Fit etiam aliquando, quòd ius circumstantia aliqua frat diuis, & (vt vocant) summum ius: † Epichchia autem ad eius facilem remissionem tendit; quæ fuit Aristotelis doctrina in lib. 5. de moribus. c. 15. in versione Lambini, quæ hoc egregiè explicat. Cui maximum etiam lumen præstat Theodorus Zuyngger ibidem in tabulis: obseruanda quidem

ad

ad interpretationem legis. benignius. ff. de legib.
 I. i. C. eod.&l. placuit. C. de iudicijs. & ad interpretationem huius legis tradita per Budeum in annotat. ad eam : Zasium , Fortunium, Salomonium in eiusdem repetitione , Duarenium in titulo de iustitia , & iure . c. 2 . & in titulo de minoribus vigintiquinque annorum. in princip. cum
 13 alijs. † Verè enim eò tendere debet iurisperitus , vt leges omnes ad iustitiam , & æquitatem referat. Vnde interpretatio hęc , non parum placet, æquitatem sanè præfert , & iniificè congruit officio iurisconsultorum. Cum tamen non solum ius hanc benignam interpretationem , facilemq; remissionem respiciat , ex quo diminuta esset , & manca diffinitio sic intellecta , maiora mol
 14 liri hic Vlpianum suspicor, † & æqui boni appellatione Diuinam illam legem pectoribus nostris insitam , quę iubet ea , quę facienda sunt , prohibetq; contraria , significasse. Quę lex (vt patet) est ius naturale , quod sub æqui , & boni nomine præcipue continetur: vt nos docuit Paul. iurisconsultus in l. penultim. ff. de iust. & iur. Namque nos legem bonam à mala (vt Cicero libr. 1. de legibus recte dixit) nulla alia, quam naturali norma diuidere possumus. Quę interpretatio ex ipsius Vlpiani verbis egregie colligitur . Vbi enim definit, ius est ars æqui , & boni , subdit rationem
 suę

suę diffinitionis , quam ex Celso probarat, & ait: iustitiam namq; colimus , boni , & æqui notitiam profitemur . Non quòd dicat Epichria se vti, ius leniendo , & benignè interpretando ; sed juris illicius naturalis obseruatores , æquum ab iniquo separare , licitum ab illicito discernere ; quod nulla alia , quam naturali lege effici posse ex Cicerone
 15 diximus. † Vt etiam insinuat glosa in c. 2 . Apóstoli ad Romanos, dum ait, quòd iure naturae intelligit homo , & conscius est quid sit bonum , & quid malum. Vnde & in diffinitione iurisprudentię , iusti , & iniusti scientiam eam appellat idem Vlpianus in l. I ustitia. ff. de Iustitia , & iure. Erit igitur ius istud ars boni , & æqui, id est iuris naturalis: vt perspicuum esse possit, in ipso nomine legisinterpretando inesse vim , & sententiam iuris illius à natura insiti colendi. Erit ars iuris naturalis , vt inde iuris initium ductum cum Cicerone. 2. de inuentione. affirmemus . Erit demum ars iuriſ naturalis , vt umbram hanc , & imaginem ad effigiem veri iuris , germanaq; iustitiae referamus. Namque id est æquum bonum , quod æquum , & iniquum , licitum , & illicitum , ius , & iniuriam dignoscit: qualis est lex illa insita à natura , quę & docet facienda , & ostendit contraria. Quod non nobis opinio , sed innata vis affert testimonium , reddēta conscientia nostra: vt ea , quę legis sunt,
 C natu-

naturaliter fiat, ut inquit Apostolus in c. 2. ad Roman. Constat igitur Vlpianum, sub appellatione boni, & æqui ius naturale insinuare; † qua significatione æquum bonum Antonomasiam quādam præfert, & meritò. Nam ius, quod ita dici, appellariq; possit (ut inquit in tertio de finibus ad finem Cicero) natura constat. Et Paul. iurisconsult. in d. l. penulti. ius quod semper est æquum, & bonum, est ius naturale. Quām verò iurisprudentia sit ars boni, & æqui: id est, iuris naturalis, & diuinæ legis nobis innatæ, ostendit in progressu suarum Institutionum Vlpia. Ex quibus habemus. l. ius ciuale. ff. de iusti. & iur. vbi in non recedendo, nec per omnia iuri naturali inferuendo, artem maximam animaduertere poteris, eamque semper circa ius naturale versari. In quam sententiam nos infrà in c. 4. plura obseruabimus.

De iure naturali, cuius diffinitio defenditur, & explicatur. Cap. II.

- 1 Iuris naturalis diffinitio à diebus Accursij vim patitur.
- 2 Lex eterna est in Deo ipso, & in animantibus per participationem.
- 3 Iuris naturalis impressio æquè referri potest ad animantia

- mantia, atque ad homines.
- 4 Ius non ex cœtentium qualitate, sed ex se est considerandum.
 - 5 Ius dicit rationem, & æquitatem: in seipso tamen, non in subiectis. num. 6.
 - 7 Omnis lex proficiscitur à ratione legislatoris.
 - 8 Non licet de iure iam posito iudicare.
 - 9 Ratio humana non habet autoritatem circa naturalem legem.
 - 10 Maris, & fœminæ coniunctio, ut factum est, non est de iure naturæ; quin id afferere esset hereticum.
 - 11 Acta non sunt de iure naturali, sed actorum finis.
 - 12 Intellectus l. 1. §. ius naturale. versic. maris, & fœmina coniunctio. ff. de iust. & iure.
 - 13 Posuit natura in animantibus instinctum, ut suo iuri obsequantur. Quod aliter apprehendere non possunt. num. 14. Licet homines aliquando contrafaciant. num. 15.
 - 16 Lex naturalis, non est omnibus uniformis, licet sit omnibus una, num. 18.
 - 17 Animæ rationalis, & sensitiva, non debent in homine separatim considerari.
 - 19 Hominem propter rationem, aliter quam animantia, ius naturale regit.



VAM Iurisconsultis sit necessaria iuris naturalis cognitio, vel ex hoc satis appetet, quod (ut diximus) ars, quam profitentur, iuris naturalis est; eius autem diffinitio ab Vlpiano petenda erit, qui in l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. ius naturale esse dicit, quod natura omnia animalia docuit. † Quae Vlpiani sententia à diebus Accursij vim patitur, & violenti in eam irruunt. Increbuit enim communis huius diffinitionis interpretatio; quod in ea ius accipiatur pro instinctu, ut vix reperies aliquem ab hac sinistra explicatione deciscentem. Et ne huius interpretationis authores laudem (quod esset longissimum) satis erit ab ea alienos afferre: qui sunt Fortunius in rep. eiusdem. §. obscurè; Corasius de iuris arte. c. de iure naturali. aperte Rebard. lib. 1. variorum. c. 1. qui fœliciter illud opus ab huiusc definitionis explicatione auspicatus est, eamque doctissimè interpretatus. Quod tamen nobis altius erit repetendū, ut aliquid in hac animaduersione præstemus. Est verò ius hoc ad legem æternam à Deo ipso promanantem referendum, † & sciendum eam esse & in Deo, rationemq; summam in eo existentem, iuxta illud Proverbiorum. c. 8. ab æterno ordinatam: ut docet nouissimè Dominicus Soto locupletissimus testis lib. 1. de iust. & iur. quæst. 3. articul. 2.

&

& esse in animantibus participationis ratione. Deus enim, qui naturæ autor est, & suauiter omnia disponit, impressit vnicuique animanti principia quedam ad sui conseruationem necessaria, ut ducerentur ad debitum finem, quæ naturalis impresio appellatur ius naturale. † Quod æquè referri potest ad animantia, atque ad homines; ut merito dixerit Vlpianus, & cum eo Iustinianus in princip. Instit. de iur. natur. Non homini proprium esse, sed & omnium animantium, quæ in mari, quæ in cœlo, quæ in terra nascuntur commune: licet id durum videatur quibusdam, qui similitudine tantum affirmant ius naturale appellari in animantibus. Quod mihi contra Vlpianum suaderi non potest. Namque cum hoc ius sit participatio illius legis ad sui conseruationem, quo natura inclinationes (ut sic dicam) animales ad id moueat, satis patet id locum habere in animantibus ex ipsa natura. Si enim homo ad filiorum educationem est à natura edocitus, aedemandeq; animantia: hæc filiorum educatio non erit iuris naturalis semper in se, † vt verè ius non ex virtutum qualitate, sed ex facto ipso æstimetur? (ut doctis Rebardi verbis vtar.) Neque obstat argumentum, quod, ut fortissimum, in contrarium adducitur. † Ius nempè, & legem dicere rationem, & æquitatem quandam. Quod ego non

gra-

grauatè admittam , nihilq; æquius hoc iure esse affirmo; sed hoc ab ipsa natura habet, vt diximus 6 supra in c. 1. ex C ic . 3. de finibus. † Rationem ergo, & æquitatem ius dicit in seipso, non in regulatis, in quibus non est opus ratione: cum certissimum sit ius ipsum naturæ æquissimum esse.

7 † Nam cum omnis lex ex Diui Thom. sententia in prima secundæ quæst. 97. art. 3. proficiscatur ex ratione , & voluntate legislatoris , non requirit rationem subiectorum. Quia si in eis ratio esset necessaria quo ad ius , maximè vt iudicarent 8 de iure . † Sed hoc eis non liceret , sicuti nobis in iure humano , quod æquitatem tantum , & rationem præsumptam præfert , positum hominibus , qui iudicare possent , non licet ; vt patet ex cap. in istis . 4. distinct . Vbi Diuus Augustinus 99 inquit. In istis temporalibus legibus , quamquam de his homines iudicent , cum eas instituunt ; Tamen cum fuerint institutæ , non licebit de ipsis , sed secundum ipsas iudicare . Si ergo de humaniis legibus iam institutis non est iudicandū , quanto magis de iure naturæ à Deo ipso promananti 9 non erit necessarium iudicium. † Cum & etiam ratio humana non habeat autoritatem circa eam legem , iuxta illud Pauli ad Roman. c. 9. quis cognouit sensum Domini ? aut quis consiliarius eius fuit ? Quid ergo erit opus in animantibus ,

vt

vt ea regantur , rationem exquirere ? E rubescant igitur , qui non propriè loquutos fuisse Iurisconsultos somniant in principijs , & re tam seria . Verum eas esse leges iuris naturæ , quas assert Vopianus , ostendit promulgatio eius iuris facta per Deum ipsum naturæ autorem , Genesios. c. 1. ibi. Crescite , & multiplicamini. Quas leges in multis animantibus exemplis prosequuntur Basilius , & Ambrosius , in Exameron : quod idem fecit nostro idiomate doctissimus Ludouicus de Granada in libr. 1. introduct. Symboli fidei .

10 † Si quis autem dixerit , maris , & fœminæ coniunctionem , vt factum est , de iure naturæ esse in hominibus , non parum errabit : (id namque facteri esset hæreticum) : † non enim factum , sed tantum finis , qui est liberorum procreatio , est de hoc iure ; quem cum non alia ratione ritè homines assequantur , quam per matrimonium , † ea maris & fœminæ coniunctio , vt rectè dixit Vopianus , est de iure naturali , quā nos matrimonium appellamus . Et cum omnis alia coniunctio fini naturali repugnet , est contra ipsum ius naturale . Ex quibus omnibus appetet quam doctè is dixerit , ius naturale esse , quod natura omnia animalia docuit : quam bene subdat , Nam ius istud , non humani generis proprium (reiecto optimè verbo solū , vt est in archetypo Florentino , quod post

post alios notat Pinel. in rub. C. de rescind. ven-
 dit. 1. par. in princ. num. 19.) sed omnium
 animantium, quæ in mari, quæ in terra nascuntur,
 auium quoque commune est. In quo non im-
 propriè loquutus est Iurisconsultus, sed sibi qui-
 dem excellit. Proponit enim naturæ ius per dif-
 ferentiam ab alijs iuribus, ex subiectis describit,
 reddit eorum rationem, & summā eius iuris pro-
 ponit. † Atque, vt ostendat, se rectè intellige-
 gere in animantibus ipsis esse instinctum, quod in
 natura ius est instinctum inquam, vt huic iuri ob-
 sequantur, annexit, Videmus etiam cætera quo-
 que animantia istius iuris peritia censeri, rectèq;
 censentur; cum in eis ita est hoc à natura diffini-
 tum, & ab eius motu sit profectum, vt animan-
 tia illud immutare nullo modo possint. † Sic
 enim apprehendunt suę specie propagationem es-
 se necessariam, vt aliter apprehendere nunquam
 valeant; † et si homines hos naturæ igniculos
 (quod optimè ait Cicero) aliquando malis mo-
 ribus, opinionibusq; deprauatis, sic restringant, vt
 id, quod natura dictauit, aliter apprehendat. Vn-
 de patet ridendū potius esse Laurent. Vall. qui
 lib. 4. elegantiarum. c. 48. ridiculam hanc Iuris-
 consulti diffinitionem esse dicit: qui cum male di-
 citis certarit, non à me audisset bene, nisi ad alia
 properarem: quem cum Budeus falli affirmet, nul-
 lo

lo argumento Iuriscon. defendit, vt occasionem
 tribuat his Grammaticis, siue Graculis insultan-
 di: quibus tamen, (vt est in proverbio.) Nihil
 cum fidibus. Verum enim uero non fuit animus
 Vlpiani exactè diffiniendi ius naturale per genus;
 sed tantum (vt dixi) per differentiam ab his iu-
 ribus, quæ ex positione sunt, vt infrà dicendum
 erit. Diffiniri tamen poterit ex supradictis, quod
 fit ordinatio rationis diuinæ circa animatia ad eo-
 rum commune bonum. † Neque tamen vniuer-
 sis animantibus uniformem esse legem naturalem
 dicendum est, sed vnicuique iuxta genus suum,
 vt dicitur in d. c. 1. Genese. Vnde licet habeat
 homo partem communem cum belluis: sensus
 nempè facultatem, quam vocant animam sensi-
 tiuam: qua consideratione ius ei esse commune
 cum animantibus insinuant Fulgos. in hoc. §.
 Ius naturale. & melius Theodor. Zuyngger. in
 tabul. post libr. 5. Aristot. de morib. fol. 166.
 Tamen cum hæc facultas rationi subiecta sit:
 † namq; considerari non possunt hæc, vt animæ
 distinctæ, in quo plures labuntur, quos post di-
 um Augustinum, reprehendit Petrus Grego-
 riusholosan. lib. 32. Syntax. art. mirab. c. 7.
 alio modo se habet ius naturale quo ad hominem
 ad imaginem, & similitudinem Dei creatū. † Non
 quod ius naturale vnum, & idē non sit, sed quod

D ho-

hominem aliter regit : sicut videamus in iure ciuili , alias esse leges nobilibus impositas , alias plebeis , alias militibus , alias paganis ; non tamen ex hoc ius ciuile non erit vnicum in genere . Ita naturæ ius suum ad gubernationem , & regimen animantium habet in se vnum pro differentia tamen subiectorum diuersum . Namque animantibus illis , quæ se alere , vbi nascuntur , possunt , legem procreationis imposuit , non educationis ; quibus verò id desiderant , vtramque . [†] Homini verò iuxta rationem suas etiam leges dedit , de quibus infrà . Non enim hic nostri instituti est exemplis hæc omnia prosequi , quod ab alijs factum est ; et si esset repetendum , animaduersiōnem hanc longius , quam par est , protraheret . Solum etenim eo nostra tendebat oratio , vt Vlpianum ab impugnatoribus defenderet . In quo (vt credo) nonnihil præstitimus .

De iuris diuisione in naturale , gentium , & ciuile . Cap . III .

- 1 Ius est dividendum in naturale , & posituum .
- 2 Ius naturale existit per se à natura introductum . & numero 5 .
- 3 Naturale ius est vnicum .

4 Juris

- 4 Iuris naturalis præcepta , quadam propria , quadam communia .
- 6 Præcepta propria iuris naturalis appellantur aliquando ius gentium , quia scilicet gentes respiciunt .
- 7 In l . veluti . & in l . vt vim . ff . de iust . titl iur . summa iuris naturalis quoad homines continetur .
- 8 Continentur etiam in illis iustitiae partes omnes .
- 9 Absolutissima est iurisconsultorum doctrina .
- 20 Ius positivum dividitur in proprium , & commune .
- 11 Ius positivum commune , est ius gentium .
- 12 Ius positivum proprium , est ius ciuile .
- 13 Ius gentium habet plurimum naturalis .
- 14 Ciuititer esse vivendum , est homini naturale : non tamen ius naturale , numero 15 . & ex eo principio omne ius gentium ortum habet . numero 16 . & numero 18 .
- 17 Illud est ius naturale , quod etiamsi Adam non pecaret , ius esset . & num . 20 .
- 19 Ius gentium est naturale non ex se , sed ex positio ne , & num . 21 . eaque universali , & quasi rurali . num . 22 .
- 23 Differentia iurium facile cognoscetur , si referantur ad tria prædicamenta .
- 24 Ius naturale est tamquam substantia . Ius gentium proprium numero 25 . Ciuitile verò tamquam accidens . numero 26 .

 V P R A D I C T A nos admonent , vt iuris diuisionem illam , in naturale gentium , & ciuile explicemus . Quod (nisi me animus fallit) non parum elucidabimus , licet ordinem , si seruare esset huius generis scripturæ , animaduersio hæc partim superiori præponenda foret , quod legendo facere poterit , qui id desiderabit . Ut tamen ab ouo (quod aiunt) id reperi tamus , † erit ius diuidendum in naturale , & posituum . † Naturale existit per se à natura ipsa introductum . Nam (vt rectissimè dixit Vlpianus) illud natura docuit . Ius verò posituum , vt vel nomenclatura ipsa præfert , positionem desiderat . Naturale autem sunt qui diuidant magis quam antiqui , propria distinctionis nota , in proprium , & commune . Cuius diuisionis Antonium Vaccam laudat autorem Pinel . in Rub . C . de rescind . vendit . 1 . par . in princip . nume . 19 . Quæ distinctio , et si ad aliquorum iurium intellectum non displiceat ; verum in diuidendi stricta doctrina vera nō est . † Naturale enim ius vnicum est , Diuina prouidentia constitutum . Neque verò ex eo quod habeat præcepta homini propria , sit duplex ius naturale , quod suprà in c . 2 . præuidimus . Semper namque vnicum ius appellatur in l . 1 . § . ius naturale . ff . de iust . & iur . in c . ius naturale . prima distinct . & vbiunque de iure hoc

hoc fit méto . Quod enim in § . sed naturalia . Inst de iure naturali dicitur , Sed naturalia quidem iura . intelligitur de præceptis iuris naturalis . Hec autem ex se patet , quia ipsa natura vniqa semper est quoad hominem , & animantia ; vnicum ergo ius ipsius , in quantum naturæ eius est . † Præcepta verò diuidenda erunt iuxta supradicta in propria , & communia . De præceptis communibus agitur in d . § . ius naturale . sub appellatione iuris naturalis . De præceptis proprijs in l . veluti . cum sequenti . ff . de iust . & iur . sub appellatione iurisgentium , id est iuris naturalis hominum ; quod Caius in l . 1 . ff . de acquiren . rerum dominio . satis probat , dum appellando hoc ius , antiquum ius gentium dicit , quod cum ipso genere humano proditum est , non postea institutu , sed cum ipso proditum . † Quibus verbis etiam quod anteà dicebamus comprobatur : nempe ius naturale à posituo distingui ; quod naturale per se stat , à natura scilicet introductum . † Cum ergo habent hoc , præcepta illa propria , quod sint ius naturale , & propria gentium appellantur : aliquando ius gentium , non ius gentium posituum , de quo postea , distinctum à naturali , nisi hac tantum differentia non essentialis , quæ constituat aliam speciem iuris naturalis , sed quæ distinguat hanc partem à toto . Ut tamen hoc abfol-

solumus, non erit omittendum ostendere, quod in duabus illis legibus, quae præcepta propria hominem continere diximus, summa etiā legis naturalis quoad homines continetur: sicut in §. ius naturale. summam præceptorum communium tradi in c. 2. ostendimus. Duobus enim præceptis totum hoc absolutur, ex quibus omnis lex naturalis, quoad homines, pendet, vt Mathei. c. 22. & Lucæ. 10. Dominus attestatur. Diliges Dominum Deum tuum, quod est primum mandatum; & secundū simile huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. † Horum autem primum habetur in l. veluti. dum dicit, veluti erga Deum religio, quę hoc poscit. Secundum præceptum continetur in l. vt vim. dum ait ibi Florentinus, „ & cum inter nos cognitionem quandam natura „ constituerit, consequens est hominem homini in „ fidiari nefas esse; ac si diceret cum Christo Iesu ethnicus Iurisconsultus, naturali ratione ductus, „ Omnia ergo quæcunque vultis, vt faciant vobis „ homines, & vos facite illis. Math. cap. septimo. 8 † Continent etiā duæ illę leges iustitię partes notas illas, de quibus Cicero in partitionibus orator. religionē nemp̄ in Deum. ibi, Veluti erga Deum religio; pietatem in parenteis, & patriam, ibi. Ut parentibus, & patrię, pareamus: benevolentiam, & amicitiam in proximos: ibi, Cum cognitionem, &c.

, &c. † Vt vel ex hoc absolutam Iurisconsultorum doctrinam esse appareat, & meritò Vlpianum distisse in l. 1. in princip. ff. de iust. & iur. veram se Philosophiam affectare. Observandum ergo erit, vt hæ duæ leges in titulo de iust. & iur. non ad ius gentium referantur, vt verè ius gentium est; sed ad ius naturale, & præcepta eiusdem, quae hominum, id est gentium propria sunt. Vnde improbanda erit omnino diuisio illa iuris naturalis, quam ex antiquis tradit Maranta de ordin. iud. 3. parte numero 5. Eamq; etiam reprobat Fortunius in d. §. ius naturale. numero 5. quae ex suprà traditis nullo modo excusari potest, repugnat enim iuri naturali. Fuit verò, vt ad rem redeamus, alia diuisionis nostræ genericæ pars, ius positivum, quod est ex positione. 10 In quo melius locum habet distinctio illa, † quod diuidatur in proprium, & commune, diuisione prius à Iurisconsulto excogitata in l. ius ciuale. ff. de iustitia, & iure. ibi, ius proprium, id est ciuale 11 efficimus. † Ius commune (vt Iurisconsulti acceperunt) est ius gentium, quod apud omnes gentes per quę custoditur, naturali ratione humanis necessitatibus exigentibus constitutum. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. §. ius autem gentium. Inst. de iure naturali. etiamsi, vt est scriptum in cordibus nostris, positivum appellari nequaquam debeat.

12 debeat. † Ius verò proprium posituum est ius ciuile, quod sibi vnaquæque ciuitas constituit, vt
 13 eisdem iuribus probatur. † Habet autem ius gentium plurimum naturalis: quod Iurisconsulti probat, dicentes naturalem rationem hoc ius hominibus constituisse. Deriuatur enim ius gentium à naturali per positiones quasi per se notas; in quibus ratio hominibus innata operatur, referendo
 14 eas ad finem politicum: † quòd est homini ciuiliter viuendum, quod & quodammodo naturale homini est, vt probat Arist. lib. 1. politic. c.
 15 2. & ibi Genes. Sepulueda in scolijs. Qui autem in agris vitam degeret, aut in siluis, non ius naturale violaret. Vt verò differentia eorum iurium intelligatur, est sciendum, ius naturale aliter, atq;
 aliter accipi posse. Aut pro iure vero naturæ, quod ipsa ad regimen animantium, & hominum habet; aut pro naturalibus quibusdam rationibus, quæ
 16 gentibus leges sunt. † Namque posito principio illo, quòd est homini ciuiliter viuendum, omne hoc ius sequitur: et si principium sit naturale, fuit tamen humanis necessitatibus exigentibus. §. ius autem gentium. Instit. de iure natur. quæ humanæ necessitates iam sunt naturales,
 17 post Adæ lapsum. † Erit igitur ius naturale, quod etiam si Adam non peccasset, ius naturæ esset, vt cum ipso genere humano productum:

alio-

alioquin mancam, & deficientem naturam efficeremus, si tunc, in diffiniendo iure defecisset. Habet ergo natura ius suum ab initio: habuit etiam homo extinc rationem, quæ in omnem euentum præstò esset. Postea verò ex corruptis affectibus, quos ex Adæ lapsu contraximus, ratio homini, & natura dictauit, nihil magis suis necessitatibus, quæ
 18 ciuilem vitam succurrere posse: † vt naturalis ratio hoc constituerit, ad illud principium ius naturale referendo. Vbi enim ciuiliter est viuendum, sequitur necessariò regem hominibus, aut regentem esse necessarium; hinc regna condita. Sequitur etiam non posse vniuersum orbē sub vna Repub. gubernari; Inde discretæ gentes. Sequitur confusionem rerum, & communitatem sine iurio sustineri non posse; hinc dominia distincta; quæ omnia sunt de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Habet ergo hoc ius gentium (qua ratione apud omnes gentes peræquè obseruatur) quòd à principio vniuersali, & vbique receptum ortum habet; aut ex naturalibus principijs relatis ad illud vniuersale, de vita ciuiliter transfigenda, vt humanis necessitatibus commodius succurratur, ex quo sequitur omnem
 19 ius gentium. † Vnde et si vtrumque sit ius, & vtrumque naturale: hac tamen ratione, etiam naturale est omne, quod iuris ciuilis nomen me-

E retur

retur, vt infrà erit circa l. ius ciuile. dicendū; non tamen id continuò est ius naturale. Differunt autem, quia illud ex vnica tantum generali ratione infertur: hoc verò ex varijs, pro temporum mutatione, & rerum publicarum, & hominum varietate excogitatis. Differunt etiam, quia illud ex principijs naturalibus, & ratione naturali colligitur: hoc verò ex eisdem, & ratione ciuili, & mutabili. Meritò ergo dici poterit ius Diuinum, & gentium eodem modo se habuisse ad ius naturale, sed diuersa ratione. Ius enim Diuinum est à naturali collectum. c. fin. 9. distinct. collectum autem ratione supernaturali, vt docet. post alios, Dominicus Soto in lib. 2. de iust. & iur. q. 1. artic. 1. Ius autem gentium ab eodem colligitur: ratione tamen naturali. Si Adam porrò non peccasset, solum ius naturæ sufficeret; posito autem quòd peccauit, iure Diuino fuit opus ad erigendam ad Deum naturam lapsam supernaturaliter: iure verò gentium, vt eiusdem necessitatibus corporalibus præstò sit auxilium naturaliter.

20 † Nō est ergo aliud ius naturale, nisi quod fuit in principio creationis. Omne autem, quod postea introductum est, quod naturalis appellacionem mereatur, aut est Diuinum, vt hominem ad similitudinem Dei creatum ad eū erigar; aut ius gentium, vt necessitatibus ex illo lapsu contractis

tractis inseruiat. Et hac ratione intelligenda sunt plura, quæ appellantur Iuris naturalis, & naturalis rationis, quod verum est ius gentium. Observanda igitur est hæc regula, quòd vbi à natura aliquid fuit introductum, vt præceptum quadam, & principium per se notum, est ius naturæ; vt religio in Deum, amor in proximos.

21 † Quando verò naturalis ratio id dictat, est ius gentium: cuius appellandi sunt contractus, pæta, succeſſiones, & alia huiusmodi. Ut verò generaliter diltingui possit inter ius naturale, & ius gentium, est videndum, an aliquid extra naturam versetur: Tunc enim licet naturalibus principijs determinetur, appellabis ius gentium. Sic videamus quæ à naturali æquitate aperte definiuntur iuris gentium exprefſè appellari in l. qua ratione. §. hę quoque res. ff. de acqui. rerum domin. Quę regula mihi generalis est ad dignoscenda ea, quę sunt iuris naturalis, & iuris gentium. Ut illud

22 natura per se, hoc verò ex ratione dicit. † Ratione inquam non mutabili, & ciuili, quia esset ius ciuile, sed vniuersali quadam, & quasi naturali. Quod intelliges facillimè, & dignosces ho-

23 rum iurium à naturali differentiam, † si referas
24 ad tria principia. † Vt ius naturale sit substantia, quia id à natura ipsa est, sicut in homine partici-
25 patio rationis: ius gentium ad proprium; † quia

proprium est iam quodammodo naturæ ius gentium; subuertetur sanè, si hoc ius tollas, & planè
corruet. † Ius demum ciuile se habet ad natu-
ram vt accidens, quia tolli, mutarique potest pro
rerum varietate, & differentia.

De iure ciuili, ad interpretationem. L.

ius ciuile. ff. de iust. & iure.

Cap. IIII.

- 1 *Ius ciuile determinat ius naturale.* & num. 6.
- 2 *Ius ciuile reducendum est ad sua principia.* & na-
mero 10.
- 3 *Intellectus. c. ius ciuile. 1. distinct.*
- 4 *Intellectus legis, iustitia. ff. de iust. & iur.*
- 5 *Tunc aliquid addendo ad ius naturale fit ciuile, qua-
ndo illud necessarium est ad ius efficiendum, quod
non erat.*
- 6 *Ius ciuile, nec in totum à naturali recedere, nec per
omnia ei inferire, quomodo intelligendum.*
- 7 *Qua ratione defendi poterit lex, quæ permittit filio-
rum exhæredationem.*
- 8 *Permittere etiam legis munus est.*
- 9 *Iura metu iniusti inuenta.*
- 10 *Permissionis ius mala, & indifferencia tantum re-
spicit.*

VI



T H A N C Iuris genericā disputationem
absoluamus, necessarium erit subiecte-
re animaduersiōnē hanc de iure ciuili,
in quo etiam Vlpianum habebimus Magistrum,
qui hoc, sicut alia, egregiè explicat in suo illo
Institutionum doctissimo libro, ex quo desumpta
est lex, ius ciuile. ff. de iust. & iur. Cuius con-
grua sententia à nemine (quod ego viderim) tra-
dita est: licet aliquid de ea dixerit Duaren. in l.
1. ff. de pactis. Verum, vt rectè Vlpianum in-
telligamus, reuocanda erit differentia illa, quam
inter ius gentium, & ciuile in c. 3. posuimus.
Videlicet, quòd vtrunque à naturali procedat; il-
lud positione quadam illatum; hoc verò ciuili, &
particulari. Quod reducendum erit ad Syllogis-
mum, vt fecit post alios doctissimus Soto lib. 1.
de iustitia, & iure. quæst. 4. articul. 2. conclu-
sione 2. Cuius Syllogismi assumptum sit juris
naturalis, vel etiam gentium, minor autem pro-
positio positiva. † Quæ minor duobus modis
se habere potest, vt determinet ius naturale, aut
addendo nèpè, aut detrahendo. Quod per se quidē
notum est, cum aut affirmatiua, aut negatiua ef-
se debeat: si ergo affirmat, addit: si negat, de-
trahit. Vnde Vlpianus rectissimè dixit, Vbi ali-
quid addimus iuri naturali, vel gentium, fieri ius
ciuile. † Cum ergo reducimus ius ad sua principia,
quod

quod est iurisperitorum munus. argumento. 1. scire leges. ff. de legibus. videnda erit primò legis ratio, eaq; ad principia iuris naturæ reuocanda: postmodum consideranda determinatio ciuilis, vt in conclusione, quam elicimus, ius ciuale fiat. † Quod (vt I sidor. in c. ius ciuale. 1. distinct. attestatur) diuina, humanaq; causa constituitur, id est naturali, & positiva. Etsi enim hæc verba alium sensum propriùs habeant, non tamen hic absurdè eis aptari potest: vt illis verbis ostendat I sidorus ius ciuale à naturali deriuari, quod in eo potissimum est, alias quidem in Tirānidem conuerteretur. Constituitur ergo Diuina causa, quæ est ex iure naturali, humana etiam positiva: eaq; vel addendo, vel (vt Vlpianus inquit) detrahendo. Qui idem Iurisconsultus, ex hoc in l. Iustitia. ff. de Iustitia, & iure. † Iurisprudentiam esse Diuinorum, & humanarum rerum notitiam eleganter definit: quia in his conjugendis, & quod ex vsu est, ex eisdem eliciendo Iurisprudentis officium versatur, cum verè ius ciuale ex illis ortum habeat, vt ex d. l. ius ciuale. probamus. Qua quidem eius interpretatione, & doctrinæ illi Theologice, quæ doctissimis viris semper placuit, maior apud nos conciliatur autoritas, cum eandem ex hac lege eliciamus, & lex ipsa rectius intelligitur. † Est tamen obser-

uan-

uandum, ex ea tunc fieri ius ciuale, aliquid addendo, vel detrahendo iuri naturali, quādo illud necessarium est ad conclusionem eliciendam, iusq; ciuale cōfingendum. Vnde licet nomina imponantur quibusdam contractibus, licet poena irrogetur delictis, ius naturale, vel gentium non mutatur tamen; quia illud ius per se stat, neque addendo, vel detrahendo efficitur. Vnde non est appellandum de iure ciuili. Verum illa verba prius ab Vlpiano posita, Ius ciuale est, quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit; etsi huic interpretationi etiam aptari possint; non enim in totum à naturali recedit, quia maior propositio, ex qua ius ciuale colligitur, eius iuris est; nec per omnia ei inferuit, quia minor est positiva iuxta rerum, hominum, & temporum necessitatem inuenta: † vim tamen, & potestatem iuris ciuilis in determinando iure naturali, mihi insinuare videntur. † Quod exemplo rectè intelligitur; videlicet in obligacione naturali, cui ius ciuale non ita inferuit, vt ex ea actionem tribuat ad petendum. l. naturalis. ff. de actionib. & obligat. Verum non etiam ab ea ita recedit, vt si solutum sit naturale debitum repetitione non impedit, ex eadem l. & l. si id quod . cum similibus. ff. de condicione indebit. In primo enim casu, non inferuit Iuri naturali;

at

at neque repugnat, aut contrariū est ex secundo; cum liberū sit debenti, si velit soluere. Potest nāque ius ciuile naturali aut robur addere, quando ad conseruationem populi, vel regni necessarium est: qui est iuris ciuilis scopus. Potest etiam, vt est à natura cautum ita relinquere; vt videmus etiam ius canonicum ad diuinum se habere. Vt quandoque, prout necessitas exigit, obligationem ad eius obseruationem addat, transgredientiq; pēnam imponat temporalem: aliquando & peccati sola contentum sit; quod est neque in totū à naturali, vel gentium recedere, neque in totum ei-
8 dem inferuire. † Qua vel præcipua ratione defendi poterit lex, quæ in Valentino regno, & ali- bi obseruatur, siue id sit consuetudine introductū, vt quinque solidis, (quod penè nihil est) filio legatis, possit idem filius exhēredari, cui naturaliter parentum debetur hæreditas, vt Paul. elegan- ter inquit, in l. cum ratio. ff. de bonis damnat. Defendi tamen (vt dixi) potest lex illa, non vt iuri naturali, vel etiam gentium contradicat, sed quod ei non inferiat: vt filios in debito offi- cio contineat, parentibus magis obsequentes effi- ciat: videlicet obligationē ciuile, & quæ in iudi- cium deduci potest, non concedens: pijs tantum parentum votis, & naturali erga filios charitati hoc relinquens, non ius naturale tollendo, sed ei non

non assistendo. Non ergo putent Valentini pa- tres, eis filios probos, & obsequentes exhēredare licere, quia suo iure non coguntur hæredes scri- bēre. Ita enim ibi, sicut & alibi, in filijs exhæ- redandis sine causa peccatur; sed hoc peccatum ibi non punitur, neque cogitur quis non peccare, licet alibi ad obseruātiā huiusmodi iuris cogantur; ipsi tamen viderint, an sit causa, & permis- sione abutantur. Simplex enim fornicatio iure ciuili non punitur, & lupanaria permittuntur: non quòd ius ciuile illud probet, sed quòd non puniat, vt hoc permissō, ab alijs enormissimis peccatis homines abstrahantur, vt omnibus in con- fesso est. Dicet ergo aliquis se non peccare, quia ius ciuile non punit? absit. Non enim probat, sed tantum pēnam ius illud naturale transgredien- ti non imponit; hoc est, non per omnia ei iuri inferuit; non cogit non facere, quod contra na- turale ius est, quia ciuile tantum tuetur bonum, ad quod nihil hoc aliquando pertinet. In hoc er- go, & similibus non ius naturale tollit, sed ad eius obseruantia non cogit: quod diuersissimum est. Illud enim efficere ius ciuile non potest. §. sed naturalia. Instit. de iure natur. hoc autem facere sæpè ad Reip. conseruationem necessarium est. Vnde optimè Modestin. in l. legis virtus:
9 ff. de legibus. † permettere, aliquando legis mu-

nus esse dixit ; licet permissionis, vocabulum , in alia latiori quandoque significacione sumatur , vt in l. leges sacratissimæ . C. de legibus . in c. omnis lex . i . distinct . Ex quibus videbis , quām futilia sint argumenta , quibus ius ciuale contrarium Diuino , & naturali aliquādo esse dicat Iacobus Isnard . in dialogo ad ius ciuil . perdiscend . hortatorio . Vides ergo naturam iuris ciuilis ; vides vim , & potestatem eius ab Vlpiano graficè descriptas . Tuum ergo erit † ius ciuale ad naturā reducere ; & cūmis iustitiæ sacerdos , considerare , quod optimum inter alia dixit Horatius . i . serm . saty . 3 . iura me tu iniusti inuenta esse . † Non ergo iniustum quid in iure haberī credas , aut interpretari permittas ; sed omnia ad iustitiam , & æquitatem esse reducenda , constanter habeto . Cum ergo aliquid à iure permitti vides , non illico iure approbatum putes ; † Sat enim est esse permisum , vt non omnino bonum iudices . Nam , vt ait Diuus Chrysostomo . in c. hac ratione . 31 . q. 1 . quod permittimus , nollentes præcipimus , quia malas hominum voluntates ad plenū prohibere non possumus . Et Diuus Gregorius in c. N erui . 13 . distinc . ad fin . non sine vitio est quod ignoscitur , & non præcipitur . In quam sententiam plura (vt solet) cumulat Tiraq . in l. connubiali . 9 . glos . 1 . numero 2 . cum multis sequentibus . Etenim yerbè uis permis-

permissionis mala , & indifferentia tantum respicit . Verum in hoc nihil ius ciuale iniusti habere crede ; quia nihil sāpē agit , nisi in non agendo culpes : quod aliquando ratione alia naturali bono publico congruit .

De consuetudine , & quid significet Imp . dum ait , non vincere legem .

Cap. V.

- 1 - *Consuetudo habet vim legis . idq; in omnibus . numero 8 .*
- 2 - *Consuetudo est lex quedam tacita .*
- 3 - *Differentia inter consuetudinem iuri contrariam , & nulli iuri aduersam , et intellect . c . cum tanta de consuetudine .*
- 4 - *De consuetudine , quæ non est contra legem , non est iudicandum , sicut nec de lege ipsa : & habet pro se presumptionem rationis . numero 5 .*
- 5 - *Legislatoris officium est , exquirere consuetudinum rationem .*
- 6 - *Magna conuenientia est , in uiribus consuetudinis , & legis .*
- 7 - *Consuetudinem , sicut legem , ratio commendat .*
- 8 - *Intellectus . c . consuetudo . 1 . distinct .*

SI QVANDO mihi doctorum placita, & afferre, & refellere fugiendum est, in hac erit præcipue animaduersione: vbi tam varij, & inconstantes, tanq; in aperta luce cæcuentes fuerunt, vt referendi, improbus; improbandi, incassus labor futurus sit. † Nam cum pluribus iuribus ex titulo. ff. de legib. probetur, consuetudinem vicem legis obtinere: eò quòd cōstat ius, ex scripto, & non scripto. 1. ius ciuale. ff. de iust. & iur. Ius autem ex non scripto, consuetudo est, quod non minus, quam quod scriptum est, ius seruatur. 1. sed & ea. ff. de legib. quo tenet parificatio illa facta per Iulianum in 1. de quibus. ff. eodem titulo, de legibus. ibi, Nam quid interest suffragio populus voluntatem suam decla-
ret, an rebus ipsis & factis? † Et cum sit con-
suetudo demum lex, tacito consensu populi lata, tantæq; autoritatis, vt non fuerit necessariū scri-
pto eam comprehendere, vt inquit Iurisconsultus Paul. in 1. Imo magnæ. ff. de legib. Primus Ac-
curs. in d.l. de quibus. & post eum quotquot de ea re scripsere, totum hoc turbarunt, ex. 1. 2. C.
quæ sit longa consuetudo. Vbi Imperator Con-
stantinus, consuetudinis non vilem autoritatem es-
se dicit: sed non vsq; adeò sui valiturā momento,
vt aut rationem vincat, aut legem. Cui difficul-
tati, vt satisfaciant doctores, plura de speciali con-
suetu-

suetudine, & lege generali: plura de præscriptio-
ne, & ratione consuetudinis cōminiscuntur. Ve-
rum illi mihi magis excusatione digni videntur, qui de consuetudine irrationali, & non legitimi-
nè præscripta loqui legem illam affirmant. Quam ad id probandum securè allegat Autor. próptuar. iuris diu. & hum. verb. consuetudo. glof. 1. Non q; hic intellectus absurdissimus non sit; huiusmo-
di enim consuetudinis, non solùm est vilius
autoritas, sed nulla quidem contra legem, cum sit corruptela sāpissimè: sed quia ad id induci po-
tuerūt doctores ex verbis Gregorij. ix. in c. cum tanto. de consuetud. quæ hoc insinuant. Idque aperte fatetur Iason in addition. ad Portium. in §. ex non scripto. Instit. de iur. natur. ad fin.
At illius capititis sensum, & difficultatem penè nul-
li agnoscent. Nam dum dicit ibi Pontifex, non esse vilem autoritatem cōsuetudinis: & posteà eius valorem, ad tollendum ius posituum, expendit ex ratione, & præscriptione: videtur aperte fateri consuetudinem irrationalē, & non præscriptam aliquid vigoris obtinere: quod absurdissimum ef-
set. Ego verò etsi credam caput illud maximam difficultatem continere; non ex alterius oppositio-
ne, sed sui ipsius repugnantia; † putarem tamen differentiā constituere Pontificem ibi, inter con-
suetudinem iuri contrariam, & nulli iuri aduer-
sam.

sara. Ut hæc, vel ex consuetudinis nomine, in his,
 quæ ex non scripto descendunt, vicem legis obti-
 neat; † ita vt nō sit de ipsa, sed secundum ipsam
 4. iudicandum: vt in lege faciendum nobis Isidorus scriptum reliquit in c. in istis. 9. distinct. At
 de illa, id est de consuetudine iuri contraria, iu-
 dicium sit, an rationem contineat, sitq; legitimè
 præscripta. Vides ergo differentiam inter consue-
 tudinem, & consuetudinem optimè iure compro-
 batam. Namque, cum consuetudo legis vicem
 obtineat, vt iam apparebit, si iuri non sit con-
 traria, † habet pro se præsumptionem rationis,
 5. vt habet lex. Si vero sit contraria, tunc exigen-
 dum erit, an ratione consistat, vt legem, & eius
 rationem tollat. Ex quibus cognoscos illius capi-
 tuli mentem. Licet tamen hæc de consuetudine
 6. iuri non contraria dixerimus; † Legislatoris tam
 officium erit, consuetudinem huiusmodi ad
 normam iuris redigere, eiusq; rationem exquirere. Verùm supradictæ difficultati inter legem de
 quibus. & l. 2. non ex hoc capite satisfieri potest.
 Namque lex illa. 2. non distinguit inter consue-
 tudinem, sed eius naturam expendit, & legem nō
 vincere dicit. Ut ergo conuenire inter has leges
 possit, afferenda sunt etiam quædam verba ex ysi-
 bus feudorum. libr. 2. titulo de feudi cogni-
 tione. c. 1. quæ tato propè cœlo ab illa. l. 2. dis-
 sen-

„ sentire videntur. Inquit enim, legum Romanorum non est vilis autoritas: sed non adeò vim suam extendunt, vt usum vincat, aut mores. Quæ verba, cum coiunxerit Cuiacius in dicto. c. 1. de consuetudinē. Iuri non contraria interpretatur: acsi tunc lex, & consuetudo de victoria cestent, cum non pugnant. M ihi tamen, non solum difficultate non augere videntur, sed controuersiam omnem illa verba dirimere. Quid enim aliud est asserere, quod lex non vincit consuetudinem: ne-
 que econtra, consuetudo legem: † nisi conuenientiam magnam inter eas esse ostendere? Non ergo lex magis habet roboris, quam consuetudo: quæ quidem tacita lex est, & legem imitatur. §.
 8 ex non scripto. Instit. de iur. natura. † Idque in omnibus, vt agnouit ibi Accursius, in tollenda le-
 ge, & corrigenda. Nam sicut lex tollit legem, ita & consuetudo. l. de quibus. ad fin. ff. de le-
 gibus. Interpretanda etiam: quia sicut. l. per le-
 gem interpretatur, eiusque est interpretari, cuius
 est condere. l. Ideoque. ff. de legib. l. fin. C. eodem . ita & consuetudinis est interpretari, estque ea optima legum interpres. l. si de interpretatione.
 ff. eodem titulo, de legibus. Tum etiam, sicut ex lege ad similia procedere debemus, vt docet Iu-
 lianus in l. non possunt. ff. eodem. ita & in con-
 suetudine obseruare oportet; quod proximum, &
 con-

consequens ei est ex eodem Iuliano in dicta l. de quibus. Meritò ergo dicitur, consuetudinem non vincere legem: in vigore nempè, & vi; neq; legem consuetudinem. Quam solutionem, cum hēc scripseram, inueni Duarenūm obscurē agnouisse in d. l. de quibus. & in 2. lib. disput. annivers. c. 32. Quam verò nos exactius intelligamus, conferenti iudicium erit. Cum tamen consuetudo consideratur vt lex, de natura sua requirit le-
gitimum tempus, & usum. In ueterata enim con-
suetudine rebus ipsis, ac factis voluntatem suam
declarat populus. d. l. de quibus. ad fin. De na-
tura verò legis rationem requirit, & alia iuxta Di-
uinam illam Diui I satori sententiam in c. erit au-
tem lex. quarta distinct. † Consuetudinem nam-
que, sicut legem, ratio commendat. c. consue-
tudo. 1. distinct. Neque hoc tamen contradicit nostræ sententiæ, de consuetudine iuri non contra-
ria; quia iam ibi diximus, eam sicut legem habe-
re rationem præsumptam, de qua nobis non sit
iudicandum. † Quod autem in d. c. consuetudo.
traditur, definiendo consuetudinem eam pro
lege accipi, cum deficit lex: intelligi potest iuxta
principium. l. de quibus. in consuetudine legi
nullæ contraria, vt explicat Cuiacius in d. c. 1.
titulo de feudi cognit. Verum id definitioni non
congruit, vt in ea de alterius tantum diffiniti par-
te

tementio fiat. Quare, hæc Cuiacij sententia, non placet. Interpretari ergo poterit (vt mihi vide-
tur) verissimè de consuetudine quavis, siue iuri
contraria, siue non contraria; vt ea pro lege ac-
cipiatur, cum deficit lex. Si enim non est con-
traria, deficit lex, quia non fuit. Si verò est con-
traria, deficit lex, quia non est: vtpotè contra-
ria consuetudine sublata. Semper ergo accipi-
tur consuetudo pro lege, cum lex deficit: siue in
casibus, in quibus scriptis legibus non utimur;
siue quando leges tacito consensu populi per co-
trariam consuetudinem sunt abrogatæ: vt conce-
ptis planè verbis in d. l. de quibus. probatur.
Ex quibus omnibus, nihil inter iura hæc nō con-
uenire patet, & consuetudinis natura intelligitur.

*De seruo prætore, ad L. Barbarius
Philippus. ff. de Officio Præ-
tor. Cap. VI.*

1. Seruus inscinter prætor factus, non est verè prætor:
sed de aequitate. num. 3. et 5.
2. Seruus de iure ciuili, nihil est.
3. Verba humanius, benignius, & similia, significant
aequitatem iuri oppositam.
4. Prætor aequitatem sequutus, non facit verè hæredem.

- 7 *Æquitas sola, non facit verè prætorem.*
 8 *Status populi, non pendet ex prætoris status:*

CVM Triumuiralibus temporibus, quibus (vt Ouidij 5. Trist. verbis vtar) victa pugnaci iura sub ense iacebant, Barbarius Philippus, seruus fugitiuus, Romæ prætor designatus esset: vt ex Suyda Historiam referunt Adrian. Turneb. 7. aduersar. c. 7. & Antonius Contius lib. disput. 1. c. 2. occasionem dedit Iurisconsultis quærendi; an fuerit prætor, valerentque per eum gesta. Quo exemplo proposito, id quærerit Vlpian. in l. Barbarius. ff. de offic. prætoris. quod, ne ipsius temporibus minus congruum videretur, addit in fine legis illa verba „ Vlpianus, Quod ius multò magis in Imperatore obseruandum est. Decisionem autem legis doctores, ita confundunt, vt vix ex eis veritate erucere possis. Aiunt enim (quod communis obseruat) tres in hac lege quæstiones tractari: quas ego tamen non cognōico. Prima illis quæstio est. An fuerit verè prætor. Secunda, an valeant per eum gesta. Tertia, an fuerit liber. In quibus expediendis, satis sibi contrarij sunt, & inconstantes. Quorum sententijs omisis, crederē omnem huius legis quæstionem eo tendere, vt doceat Iurisconsultus, an gesta per seruum prætorem, cui

in-

inscienter prætura decreta est, valeant. Primò tamen examinat quæstionem, An fuerit verè prætor, vt Pomponius affirmarat. † Et, vt mihi videtur, verè prætorem non fuisse, asserit. Nam licet ex legis litera vtrunque elici possit: & fuisse nempè, & non fuisse: vt contrà sentientes doctores probant, varièq; contextum legunt. Turnebus, vbi suprà, qui ibi, vbi nostri libri habent, atquin verum est, prætura eum functum: legit, atquin, vera etiam prætura eū functum. Et Contius in d. c. 2. ibi, dignitate præatoria functus sit, reponit, dignitate præatoria functus non sit: quod & latinitatis ratio suadet. Superflua tamen esset quæstio, An valerent per eum gesta, si verè prætorem fuisse, Vlpianus cōcederet. Quod primo intuitu, iam diu in hac lege obseruaram, inuenique apud Contium animaduersum. † Suaderi etiam mihi non poterat, seruū, qui iure ciuili nihii est. l. quod attinet. ff. de reg. iur. de iure ciuili prætorem esse. Dicit ergo eum prætorem non fuisse: quo solo effugies oppositionem. l. cum Prætor. ff. de iudic. Qua in concilianda, plura comminiscitur Anton. Gouean. in libr. 1. variarum lection. c. 6. † Valere tamen de æquitate, per eū gesta, fatetur Iurisconsultus, atq; aperte ostendit. † Ibi, humanius est: vt etiam agnouit ex hoc verbo, Accursius: eo enim tendunt hæc in iu-

re appellations : accipiendæ quidem de æquitate, quæ summo iuri opponitur. Sequitur ergo Vlpianus, auream illam Modestini sententiam, quæ habetur in l. null. ff. de legib. vt nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patiatur, vt quæ pro hominum vtilitate introducta sunt, cōtra ipsorum cōmodum producantur. Vnde, valere gesta, ob vtilitatem eorum, qui apud hunc prætorem egerunt, humanius esse Vlpianus inquit. Estque differentia iuris, & æquitatis: vt summo iure, prætor non fuerit, qui eodem iure nullus erat. † Dæ æquitate, valeret per eum gesta, sicq; reputandus, quo ad ea, prætor, ne sit effectus sine causa. Cum sit ergo de æquitate; verum erit, si eum prætorem non fuisse asseramus; sicut hæredem de equitate, † id est à prætore, qui æquitatem sequebatur, factum, non dicemus hæredem. §. quos autem. Inst. de bonorum possessione. Ut igitur æquitas non potest facere verè hæredem, quia est appellatio iuris ciuilis: † ita non potest facere verè prætorem, quod est ciuale officium: ex quo omnis huius legis pendet intellectus. Ea ergo in summa differentia est inter Pomponium, & Vlpianum, quod ille de iure prætorem dicebat, suis fortasse argumentis ductus: hic verò de æquitate: id est, quasi prætorem, vt valerent per eum gesta, ne sit (vt dixi) sine causa effectus. Vnde etiam

pu-

publica vtilitas versabatur, vt esset capacitas quedam, & quasi possessio, quo ad ea, quæ edixit, & decreuit: vt rectè Bart. noster annotauit in l. 2. C. de senten. Quam verò tertiam quæstionem docto dicunt in hac lege: quæstionem non esse: vel ex eo apparere: quod superfluum esset, & absurdum quærere, an sit liber is, quem, ob seruitutem, non esse verè prætorem Iurisconsultus asseuerat. Id tamen Vlpianus adducit in argumentum æquitatis, & pro decidendi ratione: quod potuit populus Romanus seruo decernere hanc potestatem: idemque Imperator, apud quos summa erat legum, suo quoq; tempore, potestas. Ut rectè dixerit, vbi suprà ad fin. Gouean. quod non tantum nuda hæc vtilitas, quasi prætorem facit Barbarium: sed illud quoque, quia à populo creatus est, qui etiam seruo mandare hunc hominem poterat: quodque, si scijisset seruum esse, dando ei hanc dignitatem, liberum effecisset. Merito id quidem, ne omne ius subuerti videatur; vt esset prætor, quod ciuale est, qui ciuiter nullus erat; contineret enim repugnantiam, nisi liberum effecisset. Neq; ex eo tamen, quod Barbarium seruum fuisse fateamur (vt & ipse agnouit, dum se redemit,) sequitur, populū Romanum eo tempore, seruum fuisse. Quod Bartolum nostrum dixisse miror, † quasi populi Ro-

ma-

mani status penderet ex statu prætoris : licet & nos , qui seruum fuisse agnoscimus , prætorem non fuisse, etiam affirmamus : sed tantum possessorum illius dignitatis. Quibus (vt credo) satis hæc lex intelligitur : veraq; differentia inter Pomponij , & Vlpiani opiniones agnoscitur. Neque hic de communi errore ius faciente, aliquid meminisse oportuit . Is enim communis error , iam est ab alijs rectè explosus : cum nihil minus in hac legge, quam error, ius faciat..

De conuentionum diuisione ad L.

Conuentionum. ff. de pac̄.

Cap. VII.

1. *Communes opiniones, perduxerunt leges in potestatem suam.*
2. *Dei cultus , & Magistratum creatio, sunt iuris naturalis, & gentium.*
3. *Precipua pars iuris publici, Imperatorum tempore erat abolita.*
4. *Non licet pro libito leges emendare.*
5. *Propter Tribonianum , sive Iustinianum, alios Iurisconsultos defendimus.*
6. *Conuentiones publicæ, semper pacem rospiciunt.*

DIF-

DIFFICILE satis doctoribus videtur, cōventionū diuisionē à Iurisconsulto traditam in l. Conuentionum. ff. de pacis defendere : cui plura obijciunt , neque se sati explicant . Ego verò eorum placita non referā ; hanc enim legem mihi imposui , vt in transferendis aliorum sententij s parum immorer , neque ex his paginas impleam . Quod si esset à nostris Iurisconsultis factū , melius cum iure actum esset : vt ne aliorum placita transferendo , eisdem saepissimè verbis comprobarent . Ex quo, communes opiniones , etiam aliquando falsissimæ , oriuntur , & quæ perduxerunt leges in potestate suam . Non tamen exinde antiquis inhærendum , eorumque sententias, & amplectendas , & referendas, non probo ; sed id cum delectu fieri debere , & quando relatio illa aliquid præstet, constanter affirmo . Quod etiam mihi in hac animaduersione faciendum erit , vt ex aliorum placitis , legem supradictam intelligam , quam non tamen ipsi ex hoc interpretantur . Erit igitur plani eius intellectus , si similem legem in diuidendi ratione , & eiusdem Iurisconsulti, consideremus . Ea est. l. i . §. huius studij. ff. de iust. & iur. Vbi Vlpianus, ius publicum , & priuatum esse dicit : priuatumque collectum ex præceptis iuris naturalis , gentium , & ciuilis . Vnde aliqui etiam inferunt , publicum ius non

non ex eisdem colligi: ex eoque capite Vlpianum reprehendunt; licet tamē id concedat de iure publico, L. oriottus de iuris arte, titu. de iure Axiom. 26. Vbi ius publicum, cum naturali communione habere non posse, affirmat: & A lciat. lib. 1. parerg. c. 31. qui naturalia, & iurisgentū præcepta, ad statum rei Romanæ non pertinere dicit. † Mihi autem plura ad Dei cultum, magistratumq; creationem pertinentia, quæ huius iuris sunt, & gentium etiam esse, religio est asserere. Vnde aliter legem illam interpretantur Fortunius Garsias in repetitione eiusdem §. huius studij. Anton. Vacca in notis ad eundem ex Aldobrandino in. §. fin. Institut. de iust. & iur. Vbi idem docet Hotom. & Misinger. Nempe, non ibi negare Vlpianum ius publicum esse compatum ex eorundem iurium præceptis; sed cum ius diuidatur in publicum, & priuatum: scilicet ius, vt est ars, quod supra in c. 1. ad omnem illam legem annotauimus; atque Iurisconsultis 3 penè nihil de iure publico erat agendum: † cuius præcipua pars, eo tempore, nulla erat: lege neimpè Regia abolita, vt docet Rebard. lib. 5. variorum. c. 12. Ideo reiecta prima diuisionis parte, quæ illi tractanda non erat; secundam, de qua erat futurus sermo, ex illis præceptis collectam esse dicit; non per hoc negans priorem partem

tem eisdem præceptis constare. Ex his enim legem hanc intelliges, vt non sit necessaria emendatio Rebardi lib. 4. variorum. cap. 1. qui eam omnem mutat, reiecto altero ex verbis, priuata, sublatoque verbo, aut iuris gentium: tamquam Tribonianī, aut scioli alicuius additamentū. Quod 4 ego semper abhorri; † quia si pro libito leges emendare liceret, aliaq; commenta esse dicere: planè in nostra esset potestate, omne ius ciuale mutare. Quod autem mihi minus placet, estq; nouioribus magis in vsu, reprobatio est quorundam in iure, quod ea Tribonianus addiderit; eum facinorosum, impium, & improbum appellando. Non tamen video, qua ratione astricti simus, Papiiani, Vlpiani, Pauli, & aliorum Iurisconsultorum commentaria defendere, & ab omnibus impugnationibus vindicare. Neque idem dicendum sit de his, quæ forte aliquando Tribonianus ex 5 vsu addidit; † propter qucm, siue Justinianum alios Iurisconsultos defendere, nostrum munus est. Si enim Vlpianus dixisset, Conuentum tres esse species, quæ aut ex publica causa fiunt, aut priuata, aut legitima, quod sibi Rebardus suafit; neque in Pandectis esset relatum omnino illud, quis tamquam legem tutaretur? haberentne plus autoritatis, quā doctissimi Iurisconsulti opinio? aut sententia? minimè. Si ergo sic habe-

mus in Pandectis , siue id sit à Triboniano additum (quod minimè putarem) siue ab Vlpiano dictum , sic defendere teneremur . Cum etiam lectio illa plus in diuidédi ratione peccet . Si enim tres sunt species , aut publica , aut priuata , aut legitima : sequitur quòd legitima , non sunt publica , neque priuata . Consequentia quidem necessaria est ; absurdum autem , quod sequitur , præter alios , satis ipse Rebardus improbat . Erit ergo defendenda hæc lex , vt eam habemus , neque mutanda , vt defendamus . Et obseruandum , species hic , vt Iurisconsultis mos est , & genus , & speciem , significare . Inquit ergo Vlpianus , Conventionum esse tres species ; publicæ enim sunt , aut priuatæ . Publicæ autem , licet sint & legitimæ , id est iuris ciuilis , & iuris etiam gentium , vt patet , satisque Rebardus ipse docet ; † quia tamen vnicam semper causam respiciunt ; nempe pacem , vt Iurisconsultus planè attestatur : nullaque exinde est differentia inter conventiones publicas , quæ sunt iuris gentium , & quæ sunt iuris ciuilis ; nisi fœialem agere Iurisconsultus in his tradendis vellet . At quia inter priuatas conventiones iuris gentium , & ciuilis , maxima quidem differentia est , vt in sequentibus legibus apparet : reiecto illo primo diuisionis membro , de quo nihil erat agendum ; secundum , quod sibi tractandum af-

su-

sumit , subdiuidit Iurisconsultus in legitimum , & Iurisgentium ; facitque ex diuisione , & subdiuisione altera , vnicam diuisionem . Qui ordo , & si strictæ diuidendæ rationi non congruat , breuitati tamen consulens , non est omnino improbandus . Nam cum Vlpianus diffinire per partes diuisionem nollet , nisi in eis speciebus , de quibus erat habenda disputatio ; Ideo non omnino diuendendi regulas obseruauit . Explicantur autem due illæ subdiuisionis species in legibus sequentibus : de quibus in sequenti animaduersione erit agendum .

De Conventionum speciebus ad L. Legitima . & L. Iurisgentium . ff. de pactis . Cap. VIII.

1. *Conuentio Iurisconsultis est genus.*
2. *Conuentio generaliter diuiditur in obligatoriam , & non obligatoriam . explicatur numer . II .*
3. *Legitima conuentio semper est obligatoria .*
4. *Legitimum est illud , quod ad ius ciuale pertinet .*
5. *Quæ sunt prius natura , & ordine præcedunt .*
6. *Stipulatio est de iure ciuali , & ut obligatoria .*
7. *Ex obligatione conventionum diuisionem metiuntur Iurisconsulti .*

8. *Iurisgentium conuentiones aliæ obligatoriae, aliæ non obligatoriae.*
9. *Conuentiones vltro, citrōque obligatoriae, id est contractus, obligant omnes de iure gentium.*
10. *Conuentiones non vltro, citrōque obligatoriae omnes non obligant, nisi sint legitime.*
11. *Pactum legitimum non est nudum, sed illi opponitur.*
12. *Nullum de iure ciuili pactum non nudum, nisi legitimum.*

ONVENTIONVM Diuisionem iam supra explicauiimus. Cui consequens est, vt eius partes absoluamus, aliterq; quām haec tenus doctores fecerunt, intelligamus. In quo nihil mihi cum Cicerone, Cornifitio, & alijs oratoribus: quos in hoc à Iurisconsultis diuersa sentire, & aliter conuentione, atque pactum accipere, aduertit Iacob. Rebard. lib. 2. variorum. c. 1. Cum Iurisconsultis ergo, si genericam diuisionem facere velis, est à conuentione, priuata inquam, incipiendum; † quæ illis generis nomen est, vt docet Vlpian. in l. 1. §. conuentonis verbū. ff. de pactis. Vnde contractus per conuentione describuntur in l. Iurisgentium. ff. eodem. Pactumq; conuentione esse dicit Iuriscon. in l. pactum. ff. de pollicitat. idque iam ani-

- animaduerterunt Franciscus Duaren. lib. 2. di- sput. anniuers. c. 8. & Iacobus Rebard. in d.c. 1. At in explicandis subiectis speciebus, ipsi, (vt alij omnes) non parum labuntur. † Erit igitur diuidenda conuentio, in obligatoriā, & non obligatoriā. Obligatoria conuentio est, aut legitima, aut Iurisgentium; quibus cognitis, cognoscetur etiam, quæ sit non obligatoria, iuxta consuetum Iurisconsultis, atque optimum docendi modum, de quo in l. 1. cum similib. ff. de his, qui sui, vel alieni iuris sunt. Obligatorias autem conuentiones satis Iurisconsulti explicarunt, in l. legitima. & in d. l. Iurisgentium. ff. de pactis.
3. † Est ergo legitima conuentio semper obligatoria; illa nempe, quæ lege aliqua iuuatur, vt Paulus docet. † Legitimum enim est illud, quod ad ius ciuile pertinet. Vnde illud, quod iuris ciuilis est, legitimum appellat Arist. lib. 5. Ethic. siue de morib. c. 10. & 15. vbi sic rectè vertit Lambinus, Et cum huiusmodi conuentio nulla sit, non obligatoria, ab ea conuentione, licet minus principali, vt quæ iuris ciuilis sit, exordiuntur Iurisconsulti; cum contra saepius, quæ sunt Iurisgentium, † sicut natura, ita & ordine præcedere soleant. Ad quam legem referendæ sunt omnes illæ conuentiones, quæ à iure ciuili nomen, vim, & naturam acceperunt. Referenda etiam stipulatio,
2. alij omnes) non parum labuntur. † Erit igitur diuidenda conuentio, in obligatoriā, & non obligatoriā. Obligatoria conuentio est, aut legitima, aut Iurisgentium; quibus cognitis, cognoscetur etiam, quæ sit non obligatoria, iuxta consuetum Iurisconsultis, atque optimum docendi modum, de quo in l. 1. cum similib. ff. de his, qui sui, vel alieni iuris sunt. Obligatorias autem conuentiones satis Iurisconsulti explicarunt, in l. legitima. & in d. l. Iurisgentium. ff. de pactis.
4. † Legitimum enim est illud, quod ad ius ciuile pertinet. Vnde illud, quod iuris ciuilis est, legitimum appellat Arist. lib. 5. Ethic. siue de morib. c. 10. & 15. vbi sic rectè vertit Lambinus, Et cum huiusmodi conuentio nulla sit, non obligatoria, ab ea conuentione, licet minus principali, vt quæ iuris ciuilis sit, exordiuntur Iurisconsulti; cum contra saepius, quæ sunt Iurisgentium, † sicut natura, ita & ordine præcedere soleant. Ad quam legem referendæ sunt omnes illæ conuentiones, quæ à iure ciuili nomen, vim, & naturam acceperunt. Referenda etiam stipulatio,
5. alij omnes) non parum labuntur. † Erit igitur diuidenda conuentio, in obligatoriā, & non obligatoriā. Obligatoria conuentio est, aut legitima, aut Iurisgentium; quibus cognitis, cognoscetur etiam, quæ sit non obligatoria, iuxta consuetum Iurisconsultis, atque optimum docendi modum, de quo in l. 1. cum similib. ff. de his, qui sui, vel alieni iuris sunt. Obligatorias autem conuentiones satis Iurisconsulti explicarunt, in l. legitima. & in d. l. Iurisgentium. ff. de pactis.

latio, quæ etsi Iurisgétium esse aliquibus placeat, inter quos id præcipuè probat Bernard. Vualterus. lib. 1. M iscellan. c. 11. qua tamen ratione Iurisgentium est, actionem non parit, sed tantum exceptionem; vt docet optimè Rebard. lib. 4. variorum. c. 1. pagina à principio capit. 4.

6 † Vnde obligatoria non est, nisi in quantum legitima. Quare non est admittendum id, quod Æmilius Ferretus in d. l. legitima. se considerasse iactat: loqui nempè legein eam de conuentione, quæ opponitur Iurisgentium. Namque lex illa accipienda est, de ea etiam conuentione, quæ licet sit in generalitate Iurisgentiū, ciuiliter quo ad obligationem illi opponitur; id est, quæ non nisi à lege approbata obligaret. † Ex qua obligatione totam illam diuisionem Iurisconsultos metiri, docet apertè Vlpianus in d. l. Iurisgentium. in principio: vt non sit necessarium cognitas non esse de Iuregentium conuentiones, ad hoc, vt ad l. legitima. referantur. Vbi enim conuentiones sunt in hac generalitate, Iurisgentium erunt. Sed sufficit quidem, si hæc conuentio legitima, id est cum hac solemnitate, & nomine: cum hac actione, & obligatione, de iuregentium non sit.

8 † At Iurisgentium conuentiones, vt ad hanc diuisionis partem accedamus, quædam obligatoria sunt, & actionem pariunt; quædam non ob-

li-

ligatoriæ, & exceptionem tantum producunt, ex dicta lege. Iurisgentium. Si autem ex ea generaliter uis cognoscere, quæ actionem pariant; acci-
9 pienda erit lex illa à fine principij. † Omnes enim illæ conuentiones, quæ contractum efficiunt: id est vltro citrōque obligant, quod Græci Synal- lagma vocant: quod apertè docet ex Labeone, Vlpianus in l. Labco. ff. de verb. signif. Ut non recipienda sit interpretatio illa, quod Synallagma in d. l. Iurisgentium. negotium ciuale signifi-
10 cat. Hę inquam omnes obligatoriæ sunt, & actionem pariunt, siue in aliud nomen contractus trā- seat; siue sit contractus innominatus. Dum enim contractus sit, hoc, vel illo nomine, semper actio conceditur, vt in d. l. Iurisgentium. con- ceptis planè verbis probatur. † A lię autē conuen- tiones, quæ non vltro citrōq; obligationem con- tinebant, omnes ad vnam obligatoriæ non erant, & ad actionem parandam inefficaces, nisi tamen
11 legitimæ essent. † Vnde si rem ipsam exactè, & leges consideremus, videbimus conuentionem, quod (vt diximus) generis nomen est, diuidi in contractus, & pacta. Contractus, conuentio est, quæ vltro citrōq; obligat. Pactum, quod vnum tantū ex pacientibus astringit. Contractus con- uentio, semper est de iuregentium, semprq; ob- ligatoria, vt diximus. Pacti autē, aut est legitima, &
tunc

tunc obligatoria; aut de iure gentium, & tunc nuda; licet etiam & inter pacta non legitima differentia sit, si recte horum naturam perpendas. Quod non admodum curarūt Iurisconsulti; sunt enim ex his quædam, quæ non modo non ciuilem, sed ne naturalem quidem obligationem habent: vt in sequenti animaduersione est tractandum; quod est pactum non iustum. Vnde aut erit pactum legitimū, id est à lege approbatum; & tunc est obligatorium; aut non legitimū, id est, nudum, quod actionem non habeat, sed tantum exceptionem, hocq; si est iustum. Namq; si non est iustum, neque obligationem naturalem continet, neque exinde exceptionem parit. Est tamen cauendum à Cuiacio in d. l. 1. ff. de pactis. Cum quo, si omne pactum nudum appellales, † & legitimū etiam nudum dicas, excitatibus antinomiam inter mille leges, quæ ex pacto nudo actionem non concedunt, nihilque magis fugiunt, quam ex pacto nudo actionem dare; & d. l. legitima. ff. de pactis. quæ aliquando actionem ex pacto oriri ait: Cum nempe legitimū est, & lege aliqua iuuatur. Tum etiā Cuiaciū alioquin doctissimi viri sententiae omnino refragatur Alexandri Imperat. responsum in l. legem quam. C. de pactis. vbi inquit, ex pacto actionem non nasci; & subdit, Tunc enim hoc iure utimur, cū

nu-

nudum est. nam aliter, quid paeti nuditatem cōminisceretur? Quæ omnia, si recte animaduertas, cognosces superfluam fuisse doctorum disputationem de vestimentis pactorum. Tum quòd non recte dicimus, pactum vestitum, quia pactum nudum appellamus. † Tum etiam, quia iure ciuili, vnicā ratione pactum non nudum efficiebatur; cum nempe à lege auxilium accipiebat, & ab ea erat approbatum, factumq; legitimū. Quam vnicam rationem docet Paul. Iuriscon. in d. l. legitima. quod tamē nobis iam erit latius repetendum.

*De pactis, Et an ex pacto nudo detur
actio iure canonico, vel etiam
regni. Cap. IX.*

- 1 *Pactum nudum penè non cognitum doctoribus.*
- 2 *Pacti nudi diffinitio per Bart. eadem per Baldum.*
numero. 4.
- 3 *Pacta nuda factum tantum respiciunt.*
- 4 *Pactum nudum dupliciter considerandum: non tam
de iure Regio. numero 24. sive 25.*
- 5 *Pactum nudum de iure ciuili, obligatorium ratione
iure gentium, efficax ad excipendum: non tam
de iure Regio. num. 25.*

I 7 Pa-

- 7 - Pactum iustum quid ; & iterum num. 20. ^{20.}
 8 - Conuentio generalius quid obligatione. ^{21.}
 9 - Pactum, & conuentio sapè idem sunt.
 10 - Pactum iusto oppositum, inefficax de iure gentium, est
 quod à Bart. definitur. & eius exemplum nume-
 ro 11.
 11 - Obligationum substantia, consistit in animo obligandi.
 12 - Pactū verè, & ex se nudum, nullo iure obligare potest.
 13 - Actio obligationis est correlativa.
 14 - Intellectus l. 2. titulo 16. lib. 5. comprobatur
 & num. 22.
 15 - Stipulationis origo.
 16 - Stipulatio ab stipulo, id est firmo, dicta.
 17 - Intellect. principij Institut. de verbis. obligation.
 18 - Verborum obligatio nulla iure ciuili, nisi stipulatione
 concepta.
 19 - Ius Regium omnibus pactis ex obligatorij actionem
 tribuit; Etiam si stipulatio non sit interposita. nu.
 20 - Et idem facit ius Canonicum. num. 23.
 21 - Nullum de iure Regio iam pactum nudum: nisi quod
 est de iure gentium nudum, & non obligatorium.

ANTIQVA inter nostros doctores con-
 tentio est; An detur actio ex pacto nu-
 do. Et inter omnes penè conuenit, de iure
 ciuili actionē non dari: de iure canonico actio-
 nem concedi. Quod etiam de iure Regio, con-
 sti-

- stitutum est. Licet Aemilius Ferretus, & alij id de
 iure canonico negent, & à ciuili non discordare
 affirment; de iure tamen Regio nullus, quem vi-
 derim, hucusque negauit. Ego tamen hanc dif-
 ferentiam inter iura non concederem; licet aliter
 pactum nudum, de iure Regio, ac Canonicō,
 quam de iure ciuili accipiendum, mihi nulla du-
 bitatio sit. Quod, vt pateat, erit à cognitione pa-
 cti nudi incipiendum; † parum enim cognitum
 fuisse doctoribus, ipsorum disceptatio attestatur.
 Nos tamen, vt id fugiamus, prius diffinitionem
 pacti nudi examinabimus. Cuius duas ab anti-
 quis traditas diffinitiones reperies; alteram à Bar-
 tolō, qui ferè semper veritatem cognouit. Bartol.
 inquam, in l. Iurisgentium. §. igitur nuda; nu.
 1. & §. quinimo. nume. 14. ff. de pactis. quem
 ybique sequuntur doctores; † vt sit illud pactum
 nudum, quod stat in puris terminis conuentionis.
 Licet tamen eum omnes penè sequuti sint, neq;
 ipse se, neque illi illum explicant; acsi ex intelle-
 ctu eorum non tota penderet disputatio. Est igitur
 pactum nudum, quod stat in puris terminis
 conuentionis: cum nempe neque habet in se ne-
 gotium aliquod; vt aperte diffinit Vlpianus, in l.
 solent. ff. de præscrip. verb. aut nulla subest cap-
 sa, vt idem Iurisconsul. in d.l. Iurisgentium. §.
 sed cum nulla . ff. de pactis. docet. Huius erit

exemplū in omnibus Conventionibus , quæ cum
vtrinque in idem consensum habeant , non ta-
men continent obligationem , † neq; aliud,quām
factum quoddam , respiciunt . Vt meritò dixerit
Iulius Paul . in l. si vnuſ. §. pactus ne peteret . ff.
, de pactis . in pactis factum versari . Quę Bartoli de-
finitio verissima est , & pacti nudi naturam egre-
gię explicat . At neque rei cīēda est altera , quam
ex antiquis relatam probat † Bald . in d. §. igitur
nuda . Pactum scilicet nudum esse , quod nullo
legis auxilio iuuatur : inefficaciam pacti , quoad
obligationem, ostendens . Vt autem vtramq; pro-
bes diffinitionem ; † est animaduertendum , pactum
nudum duplīciter considerari . Aut nudum de iu-
re ciuili : aut vt nudum de se , & de iure gentium .
Illud à Baldō recte diffinitur ; hoc à Bartolo .
† Est enim pactum quoddam , quod et si de
se , & de sua natura obligationem contineat ,
sitque verè obligatorium ; quia tamen à legē
aliqua non iuuatur , nudum de iure ciuili repu-
tandum est ; licet , ob naturalem obligationem ,
efficax sit ad excipiendum . Nam , vt supra in c .
4. præuidimus , non in totum ius ciuile à natu-
rali , vel gentium recedit . Vnde exceptionem ob-
ligationi naturali concedit ; & , quod idem est ,
indebiti conditionem impedit . Si enim normā
iudicij recte expendas , & indebiti repetitionis ex-
clusio -

7 clusio , exceptio est . † Ethoc pactum est , quod
iustum Papinianus appellat in l. Stichum . §. na-
turalis . ff. de solutionibus . Vt cauendum sit ab
Alciato in l. lege obuenire . ff. de verbo . signi-
ficat . & lib . 4. paradox . c . 7. qui pactum iu-
stum stipulatione vestitum , ac roboratum inter-
pretatur . Cum nihil magis prædicto . §. contra-
dicat : vbi Papinianus agit de obligatione natura-
li per eandem dissoluenda , non per ciuilem : &
, ideo ait , vinculum æquitatis , quo solo obligatio-
, sustinebatur , conuentionis æquitate dissolui . Cum
etenim , vt supra diximus in c . 8. esset Iuriscon-
sultis , pactum obligatorium , & non obligato-
rium . Pactum obligatorium erat legitimum , ac
à lege approbatum . Omne aliud non obligato-
rium ciuiliter , aliquando tamen cum obligatio-
ne naturali : quod iustū appellari diximus . † Cum
tamen conuentio sit generalius quid obligatione ,
vt docet Vlpianus , in l. i. §. i. ff. de pactis ;
dum ait , nullum esse contractum , nullamque ob-
ligationem , quæ non habeat in se conuentionem .
Et cum sit conuentio , quæ non parit obligatio-
nem ; cum enim nulla subest causa , præter con-
ventionem , nulla constituitur obligatio , vt idem
Iurisconsultus inquit in d.l. Iurisgentium . §. sed
cum nulla . in quibusdam pactis , seu conuento-
nibus obligationē nō considerabant , id pactum nu-
dum ,

dum , seu conuen tionē nudam appellantes. Nāque licet sit , vt supra docuimus , conuentio genus : non tamen exinde tanta differentia consti-
tuenda est inter paētum , & conuentionem , vt
voluit Rebardus , lib. 2 . variorum . c. 1 . † Con-
uentio enim nuda , & paētum nudum sāpē idem
sunt , vt in l. solent. Ibi , E quidem cōuentio ista
non est nuda , vt quis dicat ex pacto actionem
non oriri. ff. de præscript. verb. Licet aliquā-
do nuda conuentio , nudam voluntatem , seu con-
sensum significet , vt in l. cum emptor. ff. de
rescind. vendit. iuncta. l. emptio , & venditio.
off. eodem. † Attamen est aliud paētum , quod iu-
sti opponitur ; de quo etsi à Iurisconsultis nō fue-
rit facta mentio , cognitum fuisse eis , iusti appella-
tio suadet : iustum enim ad differentiam non
iusti appellari debere , plus quām manifestum est .
Quod est paētū à Bartolo definitum : quod nem-
pē stat in puris terminis conuentionis , nihilque
aliud in se habet , quām paētum , conuentionem-
que esse ; non obligationem , non causam , aut
quid simile ; ad quod reducenda sunt pacta con-
tra bonos mores , impossibilia , &c. Et hoc con-
uenit cum pacto quouis , quōd in vtroque est , in
idem placitum , & consensus , iuxta paēti diffini-
tionem , de qua in l. 1 . in principio. ff. de paētis.
Differt autē , quōd illud , id est iustum , naturali-
ter

ter obligat ; hoc verò etiam de iure gentium , &
sua natura nudum est. † Videamus exemplum ,
quod à nemine traditū est ; Sum profecturus Ro-
mam , amicus Neapolim , conuenit inter nos si-
mul iter facturos ; quid hæc est conuentio ? paētū
quoddam nudum. Est ne obligatorium ? Mini-
mè gentium . Non enim in conuentione tantum
consistit obligatio ; † sed in eo animo , vt obliga-
tio nascatur : vt planè probat eleganter Iulius Pau-
lus in l. obligationum substantia. ff. de action . &
obligation. Si verò huius paēti nuditatem cum al-
terius conferas , hoc verè , & de sua natura nudū es-
se videbis ; alterum verò ex positione. † Ex quo
pacto , quod verè nudum est , actionem oriri de
iure Canonicō , vel etiam Regio , si concedas ,
non parum errabis . Vbi enim obligatio proprijs
viribus non consistit , neque officio Iudicis , neq;
Prætoris imperio , neque legis potestate confirma-
tur , vt optimè Papinianus ait in l. obligationes ,
quæ ff. de actionib. & obligationib. Vnde , si ad
Prætorem irem etiam in Hispania , vt amicum si-
mul mecum proficiisci cogeret ; si ad Iudicē Ec-
clesiasticum properarem ; siue ad denunciationem
Euangelicam (vt doctores aiunt) recurrerem , ri-
pendus essem . Ego enim , etsi Prætor hispanus ,
etsi Iudex ecclesiasticus , etsi etiam sacerdos in fo-
ro conscientiæ , id seruare aliquem non cogerem ;
neque ,

neque, vt credo , aliquis faceret. Quamuis eten-
tim ius Canonicum generaliter disponat , pacta
esse feruanda : & quamuis ius Regium actionem
ex pacto concedat ; id de hoc pacto nudo , quod
verè ex se , & sua natura nudum est , interpreta-
ri non potest : namq; repugnat eius naturæ , de
qua nullam habet obligationem. † A etio autem
est obligationis correlatiua , vt nouè se confide-
rassæ ait Bartolomeus de Albornoz in arte con-
tract. lib. 1 . titulo 1 . quod anteà docuerat Se-
neca de benefic. lib. 5 . c . 7 . & nos latius in se-
quenti capite explicabimus. Cum ergo repugnet
pacto verè nudo esse obligatorium : igitur ex eo
actionem dari. Quod de iure Regio minus ha-
bet difficultatis ; quia lex illa , ex qua actionem da-
ri de pacto nudo doctores alstruunt , † quæ est
in noua compilat. l. 2 . titu. 16 . lib. 5 . tantum
feruat naturam obligationis naturalis , ita vt ex ea
semper det actionem : quod intellige , nisi lex re-
sistat , vt in pupillo , & c. Vbicunque enim obli-
gari constiterit , actio per illam legem conceditur ;
non tamen ex pacto verè nudo , in quo obliga-
tio nulla est. Ideoq; aptissimis verbis vtitur pre-
dicta lex , dum ait : *Que de qualquiera manera,*
que uno se quiera obligar à otro, quedo obligado. At
in pacto hoc nudo neque se quis obligare inten-
dit , neque potest. Non enim erit tunc padum

ex

ex se nudum ; non ergo de eo loquitur lex illa.
Quia tamen aliquid noui inducere insinuat ; iam
nobis differentia inter iura aperienda est. Quæ
omnia , vt rectius intelligas , est obseruandum , iu-
ris antiqui Romani cōdidores , videntes inter pactū ,
seu conuentionem obligatoriā , & nō obligatoriā :
id est , inter pactum iustū , & non iustum , sēpissi-
mè parum interesse , cū semper esset duorū in idem
placitum , & consensus , & animus obligandi esset
decultus ; † solemnia verba instituerū , formulam
quæ obligatoriā , vt ea vtentes obligandi animum
aperirent . Vnde rectè Iulius Paul. li. 5 . senten-
tiarum recept . titulo 7 . obligationum firmanda-
rum gratia , inquit , stipulationes inductæ sunt : quæ
quadam verborum solemnitate cōcipiuntur , &
appellatæ , quod per eas firmitas obligationū con-
stringitur. † E stq; stipulatio idē , quod firma con-
stituo , ab stipulo , antiquis firme , deducta ; † vt de-
ducit Iustinianus in princ . Institu . de verborum
obligat . Quam ethymologiā magis probabis , si
originem stipulationum consideres . Neque qui-
dem assentior Catelliano Cottæ in memorabilibus
suis , verb . stipulum , qui Iustinianum ex hac de-
ductione reprehendit , acsi non haberet Iustinia-
nus eiusdem sententiæ Iulium Paulum autorem
in d. titulo 7 . Quem vnum , Catellianis , & Be-
roaldis millibus anteponendum non dubito . In-

K quit

quit autem cum Beroaldo Catellianus , stipulum pro firmo apud receptæ fidei autores se non inuenire, acsi legerit antiquos omnes , & illos præcipue, qui antiquorum nomine, Iulij Pauli temporibus, continebantur ; qui omnes penè in Italię vastationibus ad vnum perierunt. At id Paulus attestatur , & cum eo etiam Isidorus lib. 5 . Ethymolog. impudentes nimis, si attestentur , quod non vidissent. Et ego sanè illorum sententia à Iustiniano approbatæ refragari, impium esse existimo : cum ethymologia hæc magis , quam alia stipulationis naturæ conueniat, quæ obligationum firmitatem ostendit. Vnde apud Plautum , Pseudolus , Roga me inquit , vt me effecturum tibi , quod promisi, scias. in act. 1 . Scen . 1 . & iterum in act. 4 . Scen . 6 . Symo in eandem sententiam alloquitur. Et Imp. etiam in l. petens. C. de pactis . petens , aiunt , ex stipulatione , quæ placiti seruandi causa interposita est. Cum ergo hanc formam obligationis restituerint , factum est , vt alijs conuentionibus , quæ non haberent nomen , aut figuram contractus , iuxta dictam l. Iurisgentium . in quibus neq; negotiū ciuile versatur , iuxta l. solent. ff. de prescript. verb. si non essent specialiter à lege approbatæ , iuxta legem legitima. ff. de pactis . alijs inquam omnibus , eti obligatorijs ex se , nullum robur relinqueret.

retur , quia de substantia obligationis iam in his stipulationem requirebant . † Vnde Modestinus in lege obligamur. ff. de action. & obligationib. „ verbis nos tantum obligari ait , cum præcedit interrogatio , & sequitur responsio; id est , cum interponitur stipulatio. Quod idem Iustinianus in prin. Instit. de verb. obligat. repetit. A tq; exinde Iulius Paul. cum in pactis factum versari dixisset in d. l. si vnum . §. pactus ne peteret. ff. de pactis . addit in stipulationibus ius cotineri. Quo est etiam factum , vt plura pacta , quæ ex se obligare poterant , nuda , & infirma remanerent. Si- cut his temporibus est circa matrimoniu per Concilium S. S. Tridentinum effectum . Nam etsi ante illud firmum esset matrimoniu , si consensus accederet , vt idem Concilium sub pena anathematis confitendum proponit: vt tamen certius libera voluntas , & contrahendi habilitas cognoscatur , quasdam solemnitates statuit , quæ si omittantur , nihil agitur ; licet de se posset alijs ille consensus obligare. Sic in pactis , cum stipulationis solemnitatem Romanii induxissent , vt animum obligandi cognoscerent : nisi ea adhiberetur , pactum inutile remanebat , quod alijs forte obligatorium foret . ‡ Quando nempè animo obligandi esset pactum; quod est pactum iustum , in quo obligationem naturalem considerabat. d. l. Stichum . §. natu-

ralis. ff. de solution. Ne tamen obligatorium hoc forte pactum, de iure ciuili infirmum, inutile prorsus remaneret; sicut solutio naturalis debiti repetitionem apud eos impedit: ita & implementum huiusmodi pacti exceptionem parabat; ita, ut post agnitam obligandi voluntatem, per pacificentis factum, obligationem tuerentur. † At ius Regium iniustum prorsus putans, obligatoria quandoque pacta actionem non parere: omnibus pactis, quæ obligationem continent, actionem tribuit; † etiam si stipulatio non sit interposita. Quod verba prædictæ legis consideranti palam erit: quæ sunt. Pareciendo que uno se quisó obligar à otro, sea tenido de complir aquello, aque se obligó; y no pueda poner exception, que no fue hecha stipulacion, que quiere decir prometimento con cierta solemnidad de derecho. Ex quibus cognoscetis differentiam inter ius Regium, & ciuile. Non vt Regium actionem ex verè nudo pacto concedat, quod esse non potest, vt supra diximus; sed quod stipulationis solemnitatem tollendo, ex omni obligatorio pacto actionem tribuat; & nudum patetum ad suam naturam reducendo, in angustiores fines concludat, quod anteà latius euagabatur. † Et idem prorsus dicendum est de iure Canonico, dum pacta seruari iubet. Seruat igitur prædicta lex Regia obligationis, & actionis

re-

relatiuorum naturam. Iam ergo, et si pacta non adijciantur incontinenti contractui, vel etiam ante implementum; dum tamen obligatoria sit conuentio, sitque pactum non nudum ex se, id est omni obligatione non destitutum, per hanc legem, iusq; Canonicum promissum est ea valere; eruntque iam omnia pacta non nuda de sua natura, facta legitima, & lege approbata. † Vt iam non dupliciter possit considerari pactum nudum, vt considerari poterat in iure ciuili: nempè nudum ex sua natura, id est conuentio sine villa obligatio ne, animo, aut habilitate obligandi; qua ratione Bartoli diffinitionem probauimus; & conuentio obligatoria quidem ex se, tamen ob dubium voluntatis obligandi à lege destituta, iuxta Baldi diffinitionem. † Etenim nulla pacta de iure Regio destituuntur, nisi ea nuda ex se, & non obligatoria sint. Et exinde erit alia differentia, quod iam non erit verum, si afferamus pacta nuda exceptionem producere. † Cum enim nullum sit pactum nudum, nisi non obligatorium, etiam naturaliter: nulla obligatio, ne quidem naturalis, exceptionem parere potest, quæ ex aliqua obligatione, vel etiam naturali oritur. Aut igitur habebit pactum simul actionem, & exceptionem, pro modo opposentis; aut nihil ex his; quia iam quod est pactum nudum, nullam in se habet obliga-

ligationem. Vnde neque recipiendum est, quod dicitur de denunciatione euāgēlica ad validitatem pacti ; neq; quod inter mercatores fiat, quos huiusmodi pācta nuda neque seruare , neque eos suos consules ad id cogere , experientia satis demonstrat: cum sāpē apud I anum medium conueniant , se simul negotium aliquod tractatueros, quod non efficiant: & effecturos quod non trahent. Quæ omnia , ita mihi, & vera , & perspicua videntur, vt non sit opus in eorum demonstratione longius immorari.

Quo iure sint inuenta actiones, & quomodo se habeant ad obligationem.

Cap. X.

1. *Actio dupliciter consideratur: non tamē de iure Regio. num. 16.*
2. *Actio est correlativa obligationis ; & tunc est de iure gentium, num. 6.*
3. *Actio , & obligatio ex animo , & consensu oriuntur.*
4. *Contractus nomen dicit ultrō citrōq; obligatorium;*
& non comprehendit stipulationem . num. 5.
5. *Vt sit obligatio necessariō requiritur, quod alteri qua- ratur.*

8 Actio

8. *Actio sumitur saepius pro formula , & iure deducendi debitum in iudicium ; & tunc est de iure ciuili . numero . 9 . & obligationis filia . numero . 10 .*
11. *Obligatio iurisgentium, aliquando iure ciuili non reputatur obligatio , & est eo iure sterilis quandoque , numero . 13 .*
12. *Actiones esse de iure ciuili , qua ratione intelligendū.*
14. *Intellectus . l. 2 . titulo 16 . lib. 5 . compilat.*
15. *Pupillus, seruus , & similes non habent legitimū animū ad se obligandum. unde nec se uelle obligari censerunt.*



VM actionis , & obligationis naturam cognoscere, ad ea , quæ in superiori animaduersione tradita sunt, maximē conducat; vt clarius lex illa compilationis . 2 . tit. 16 . lib. 5 . intelligatur, fuit hic necessarium de eisdem tractare. Vt verò ab origine actionis id repetamus, eam à iure ciuili ortum habuisse , communis omnium doctorum traditio est : quod tamen non probat Vldaric. Zafius. lib. 2 . singular. respons. c. 5 . num. 7 . Ego verò antiquorum sententiam , & ipsam simul Zafij obseruationem defendi posse arbitror ; reprehensionem tamen non probo. † Est enim animaduer-

ten-

tendum , actionem dupliciter considerari posse ,
 2 quod docto . non considerarunt . † Estq; actio aut correlativa cuiusque obligationis , quæ simul cum ea sit ; aut formula quædam ; seu iuxta definitionem Celsi , in l. nihil aliud . ff. de actionib. & obligationib. & Iustiniani in princip . Instit . de actionib. ius persequendi in iudicio , quod sibi debetur , (possem obscurius hanc distinctionem confingere , quod quibusdam placet , dum in medio iure philosophari student , qui sumi actionem , aut in abstracto , aut in concreto dicerent .) Primo modo sumpta actio correlativa obligationis , ita se habet ad eam , vt nulla sit obligatio , quam actio non comitetur , iuxta correlatiuorum naturam , quæ unum sine altero esse non patitur . Vnde Seneca de actione , & obligatione intelligendus libro 5 . de benefic . c . 7 . Debitor nō est sine creditore , inquit , nō magis quam maritus sine uxore ; aut sine filio pater . Vbicunque ergo obligatio est , ex sua natura actionem simul esse desiderat : quæ nullo alio modo per se , quam cum obligatione considerari potest . † Qua ratione , & actio , & obligatio ex animo , & consensu originem ducunt . Nam ex contractu æquè procedere , si quis cum Albornozio in lib . 1 . artis contractuum , quam nostro idiomate satis acutè scripsit , titulo primo , affirmet , non parum errabit .

Actio

A ctio enim non solùm ex contractu , aut etiam ex maleficio , quod ad contractum etiam refertur ab Arist . in lib . 5 . Ethicor . ad Eudemum ; aut ex quasi contractu , & maleficio ; sed ex varijs causarum figuris ortum habet . l . 1 . ff. de actionib. & obligationib . † Et si rem attendamus , & propriam contractus significationem , quod dicit vltro citrōq; obligationem , vt docet Vlpianus in l . 5 Labeo . ff. de verb . signific . † non potest comprehendere stipulationem , quæ non vltro citrōq; obligat : sed ad dandum forte , aut faciendum mihi aliquid alium alligat , et si ego ad nihil dandum , vel faciendum sim obligatus . l. obligationum substantia . ff. de action . & obligationib . Non ergo ex contractu , ex conuentione aliqua , aut quasi conuentione . argumē . l. obligamur . ff. eodem titulo de actio . ortum habet , & actio , & obligatio ; vel , si maiis , ex animo obligandi , & consensu . Nam , vt recte agnouit aliquando Iulius Paul . in d . l. obligationum substantia . ea in animo obligandi consistit ; † cum præcipue hoc modo sumpta actio , & obligatio sit naturalis , & Iurisgentium , quo ad obligandum , sufficit conuentio quævis , aut quasi conuentio , cum hoc animo , & consensu . Qua ratione Iurisgentium esse actionem omnino est cum Zasio afferendum . Namque animus obligandi , & consensus iure hoc

L' indi-

7 indistinctè obligant. † Et vt sit obligatio, necessarium est, vt alteri quæratur ; quod optimè probat Seneca in d. c. 7. & 8. Vbi ergo alteri quæsita fuerit, is habet actionem aduersus obligatum ; ita vt obligatio neq; alio modo considerari possit, quām respectu actionis quæsitarē alteri ; neque actio , quām respectu obligationis , qua altre
 8 astringitur. † At, si actio sumatur , vt formula quædam , seu ius in iudicium deducendū , vt sumpererunt antiqui , dum formulæ , & actionis nomine promiscuè vtuntur : Vnde Cicero. 3. officiorum . nondum , inquit , A quilius protulerat de dolo malo formulam . & Vlpianus in fragment. titulo 25. fideicommissa non per formulam pertinetur , vt legata , ait : & Paulus in l. si seruus . ff. de furtis. qui vulgarem formulam dixit , omnes de actione intelligēdi : qua etiam ratione doctores nostros sāpē sāpius accepisse , plus quām manifestum est . † Tunc ergo eam iuris ciuilis nuncupandam , cum ipsis fateri oportet. Neque
 10 tunc est obligationis correlatiua : † sed potius filia , vt quæ ex ea oriatur. iuxta l. licet . §. ea obligatio . ff. de procur . vt non rectè doctores nostros generaliter accusasse , vbi supra , Albornozium pateat. Non tamen oritur ex quacunque obligatione ; quod , si esset eius correlatiua , necessarium foret : vt de actione Iurisgentium su-

pra

11 pra diximus. † Illa namque obligatio , cum aliquando non astringat necessitate præcisa , obligatio à Iurisconsultis non reputatur. argumē. l. in vendentis. C. de contrahē. emp. & exinde actionem , quæ sit ius persequēdi in iudicio , parare nō potest. Oritur ergo ex obligatione , vt eam diffinīt Iustinianus in princip. Instit. de obligat. Vbi ait , obligatio est iuris vinculum , quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ , secundum nostræ ciuitatis iura : † vt verè actionem , quam iuris ciuilis esse fatemur , ex obligatione ciuili procedere simul fateamur . Esse etiam hac ratione iuris ciuilis probabis , si consideres. l. 2. §. deinde. ff. de origine iuris . ex qua id doctores deducunt. Inquit enim ibi Pomponius , actiones compositas fuisse , vt non prout quisque vellet , eas institueret. Si enim compositæ sunt à iure ciuili ius gentium coarctanti , neq; eidem per omnia inseruenti , erunt iuris ciuilis censendæ , ex his , quæ supra in c. 4. annotauimus. Vnde rectè eas Pomponius legitimas vocat , id est , iuris ciuilis , vt ex l. legitima . ff. de pactis. patet ; vbi & nos animaduertimus. Licet tamen sublatæ fuerint scrupulosæ illæ solemnitates , cum remanserint nomina , & effectus deducendi in iudicium ciuile debitum , vt verè sint nunc etiam formulæ actiones ; quod optimè annotat Iaf. in princip. Instit. de

L 2 actio.

actio. numero 24. vix erunt, si hac ratione considerentur, iuris ciuilis nō censenda. Cum videamus non semper ab obligatione naturali, & quæ iure gentium consistat, produci hanc actionem, quæ in iudicium deducatur. Quod futurum esset, si hac ratione sumpta, actio esset iurisgentium; quæ tamen non est obligationis naturalis, & de iure gentium correlatiua: sed ex obligatione per pensa ad Romanæ ciuitatis iura orta, ut supra diximus. Vnde est aliquando hoc modo obligatio, quæ non parit, & sterilis, quæ non parturit; nisi quandoque abortum faciens, & exceptionem producens, aut soluti repetitionem impediens; & tamen ea, actione iurisgentium, de qua Zafius, simul non habere nequit. † Ex quibus intelliges. d.l. compilationis nouæ, quæ cum actionem ex quacunque obligatione, vbi sit animus obligandi, concedat: nihil tamen actionis meminit, sed ait. *Mandamos que vala la obligacion, en qualquier manera que uno se quiso obligar a otro.* Quia niempè ad hoc, ut actio producatur ex obligatione, satis est obligationem esse. Ideo autem obligatio naturalis actionem de iure ciuali non habebat, quia eo iure nulla erat obligatio; nisi per abusionem obligatio diceretur. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiussor. Cum ergo per illam legem omnis obligatio naturalis, cum animo,

&

& consensu legitimo, vim habeat ad obligandum, etiam secundum nostræ ciuitatis, id est, huius Regni, iura; habebit & simul actionem, eamque iuris gentium; quia in approbanda illa obligatione, quæ iam erat, nihil iuri gentium lex illa ad conclusionem necessariam eliciendam addit. Vnde optimè in ea Rex Alfoncus ait. *Mandamos que vala la obligacion.* Illa nempe, quæ de iure gentium iam erat, licet de iure ciuali nihil prodesset. Dixi tamen, omnem obligationem naturalem cum legitimo animo obligandi; quia illa obligatio naturalis, quæ non habet legitimum obligandi animum, id est à iure ciuali approbatum; siue, si mauis, non reprobatum; nihil, etiam post illam legem, habet roboris. † Qualis est obligatio pupilli, serui, & prodigi, & aliorum, quorum consensus nullus est. In quibus, cum non sit consentiendi habilitas, & potestas; de illis loqui lex illa non poterit; quæ inquit, *Parecien- do que uno se quiso obligar a otro.* † Iure enim ciuali non reputatur velle obligari, qui nō potest. Nam ergo ex illa lege corruet differentia omnis inter actiones de iure gentium, & ciuali; ac obligationis naturalis, & ciuilis; nisi in illo tantum casu, quo contrahentium animus non sit legitimus. Et verè erit recipiendum, tamquam generale principium, quod omnis actio, & obligatio

gatio ortum habentes ex animo , & consensu ; sunt correlatiua ; ita , vt non sit obligatio sine actione ; neque actio sine obligatione ; nisi consensus desit , aut à lege improbatus sit .

*De ratione. L. Sed et si . §. fin.
ff. de iudic. Cap. XI.*

- 1 Non videtur in iudicium venisse , quod post incep-
tum iudicium accidit .
- 2 Ascituro maximè proficiunt iura .
- 3 Intellectus . l. cum quidam . §. quid si vnum .
ff. de acquir. hæredit .
- 4 Intellectus l. antiqui . ff. si pars hæredit . pet .
- 5 Antinomiam in iure excusare debemus .

NORTVO patrefamiliàs , vxore grauida re-
licta , & vnico filio ; ab eo partem di-
midiam debiti peti nō posse , Paul. scri-
bit in l. sed et si . §. fin. ff. de iudic. In cuius
explicatione , ac ratione pauca tradit Accursius ;
nulla penè Bartolus , & doctores ; acsi ea Iuris-
consulti sententia difficilis non sit . Cum enim
filius hæres sit ex parte dimidia , vt Vlpianus ex
Pomponio probat , in l. cum quidam . §. quid
si vnum . ff. de acquir. hæredit . pro dimidia cre-
diti agere posse , dicendum erat . Quam tamen

Pau-

Pauli , vt intelligamus , decisionem , eundem Iu-
risconsultum , vt audiamus , necesse est . Qui in
l. non potest . in eodem titulo . de iudic. † Non
,, potest videri in iudiciū venisse , inquit , quod post
,, iudicium acceptum accidisset ; ideoque alia inter-
pellatione opus est . Cum ergo tempore acce-
pti iudicij possent plures nasci , dimidium credi-
ti peti non poterit . † Antiqui enim libero ven-
tri ita prospiciebant , vt in tempus nascendi om-
nia ei iura integra seruarent . l. antiqui . ff. si pars
hæredit . petat . Neque etiam ex eo , quòd vnuſ
natus sit , confirmatur petitio ; cum id , post iudi-
cium acceptum , euenerit ; plus enim peteret filius
à principio , dimidium petendo . Vnde iudicium
nullum erit , vt Iurisconsultus ait , ob nostram in-
scitiam ; quare alia interpellatio est necessaria , vt
in illa l. non potest . Qua ratione , responsum
hoc pertinebit ad titulum , de iudicij , cui subij-
citur . Addit tamen Iulius Paul. partem quartam
peti debuisse ; quia incertum est , an tres naſce-
rentur . Quod , licet rarum , quia tamen aliquo-
ties contingens , respiciunt iura : præcipue , vt naſci-
turi damnum præcaueatur . Sic enim intelli-
genda est , d . l. antiqui . ff. si pars hæred . pet . de
qua & Alciatus libr. 2. dispuñction . cap. 2. Ex
quo forte , quia ex eodem lib. 17 . Pauli ad Plau-
tium , lex hæc , & illa desumpta est , infert Iu-
ris-

risconsultus , partem quartam peti debuisse ; vt nempè iura integra nascituris conseruentur . Quod , cum sic statutum sit , ne plus petat filius , vt diximus , pro parte quarta debet agere . Et si plus petierit , quia etiam , vno nato , certitudo post iudicium acceptum accidit , nihil agit . Quorum omnium rationes congerit post decisionem

3 Iurisconsultus . † Q uod verò Vlpianus ex Pomponio refert in d . l . cū quidam . § . quid si vnum . ff . de acquir . hæred . veritatem respicit , et si ignoratur , de qua in illo titulo : quo ad acquirendam nempè hæreditatem ; quam ignorans quisque acquirit ; vt & in illo . § . quid si vnu . & in tota lege probatur . E rit igitur pro parte dimidia hæres is filius , si pregnans vnum gerit , nec per rerum naturam alium partum formare potest ; non tamen

4 habebitur , vt hæres , nisi pro quarta , † iuxta d . l . antiqui . quia id , et si certum sit , nos ignoramus , & omnia iura integra ventri conseruare , quoad potuerit euenire , debeimus . E rit hæres pro dimidia ad hoc , vt cū vnu tantum formatus sit ; in dimidia semper fructus , accessionesque hæreditatis acquirat ignorans . H abebitur autem pro quarta parte hæres , si petat in iudicio ante partum : quia incertum est , an tres nascituri sint ; quibus integra iura reseruare æquum est . Quæ quidem interpretatio ad dictam legem . cum qui-
dam .

dam . § . quid si vnum . diuinatoria non est . Nam , vt aduertit Zasius in l . singularia . numero 19 . ff . si cert . petat . non omnis diuinatio prohibita est ; sed impertinens , & intempestiu . Hæc au- tem explicatio maximè congruit verbis vtriusque legis ; maximè etiam titulis , sub quibus collocan- tur . Lex antiqui . si pars hæreditatis petatur . est in titulo , in quo de petitione in iudicio , vt patet . At d . § . quid si vnum . in titulo . de acquirenda hæreditate . in quo veritas , etiam ignorata , con- sideratur ; sicut in illo , econtrariò ignorantia ve- ritatis respicitur . Alias quidem , vt fecit in d . § . fin . A curs . † necessarium erit , antinomiam in- ter illas leges esse fateri ; & in d . § . quid si vnum . Pomponij reprobatam opinionem referri . Q uod mihi durius videtur , cū ad concordiam , supra- dicta ratione , reduci possint ; & ex nostrę legis de- cisione , & vtriusque rubrica intelligi .

*Quid sub nomine , periculi , intelligendum
sit , in L . si quis nec causam ff . si
cert . pet . Cap . XII .*

- 1 - *Intellectus . L . rogasti ff . si cert . pet .*
- 2 - *Periculi nomen , casus fortuitos etiam comprehen-
dit .*

- 3 *Necessitas deponendi, non minuit culpam in accipientem te, sed auget.*
- 4 *Verba legum impropriè accipere, ut intelligantur, est leges non intelligere.*
- 5 *Depositum in l. si quis nec causam. ff. si cert. petat, non est à principio mutuum reputandum.*
- 6 *Dantis, & accipientis discordia circa contractum, eundem nullum reddit.*

 I QVIS nec causam, nec propositum fœnerandi habens, deposuerit pecuniam apud eum, qui empturus prædia, mutuum desiderabat; licet noluerit crediti nomine, antequam emisset, suscipere, vt si emisset, crediti nomine obligatus esset: hoc depositum periculo esse eius, qui suscepit, Vlpianus probat, in l. si quis nec causam. ff. si certum petatur. Quod periculum, vt tantum de culpa teneatur, intelligit cum A zone, A cursius, & cum A cursio, Bartolus, & communiter scribentes. Ioannes contra, periculum, etiam casus fortuiti propriè explicat. Cuius opinionem, licet ab antiquis reprobata, defendit latè Ioannes Igneus, in repetitione l. contractus. à numero 14. ff. de regul. iur. Qui cum hanc sententiam alijs argumentis rectè probauerit; ego ex ipsius Iurisconsulti verbis elici existimo; vt nihil magis, quam A zonis,

&

& sequacium sententia eis obstet. Ad quod non me inducit, quòd hoc depositum sit mutuum reputandum, contra ipsius Vlpiani appellationem; i. † sed distinctio tantum legis. rogasti. ff. eodem titulo, si cert. petat. Quam in suæ decisionis probationem, Iurisconsultus adducere videtur, , dum ait: Nam & qui rem vendendam acceperit, vt pretio vteretur, periculo suo rem habebit. Namque l. rogasti. verba illa, sine culpa tua, intelligere de leui, vel lata, diuinatio est; & contra distinctionem Vlpiani, in l. si gratuitam. §. 1. ff. de præscript. verb. Vbi probatur, quod si is, qui accepit rem vendendam, rogauit, ipsi perit; si is qui dedit, ipsi: si verò neuter, sed consenserunt; dolus, & culpa præstatur. Si ergo tatum de dolo, & culpa teneretur is, qui rogauit: stare non posset illa distinctio. Cum enim dolum, & culpam solum præstet, qui accepit, in l. apud Labeonem. §. fin. ff. de præscriptis verb. quia dantis quoque causa missum fuit. Si ergo solum accipientis versaretur cōmodum; teneretur etiam de casu fortuito. Ad eum igitur, qui rem vendendam sibi accepit, periculum rei pertinet. 2. † Quod periculum omnem casum, etiam fortuitum, comprehendit: vt patet ex titulo, de periculo, & commodo rei venditæ. Cum autem lex hæc, si quis nec causam, quam interpretamur,

regulari debeat secundum distinctionem illarum; quia id, in suę opinionis confirmationem, vt diximus, adducit Vlpianus: Distinctio verò illa nobis satis ex illis legibus patet; de cuius ea parte agit in nostra lege Iurisconsultus, cum sibi, & ad suūm commodum accepit is, cui pecunia tradita est. In quo membro, cum in d. l. rogasti. dicat idem Vlpianus, quòd si non fuit causa vendendi, & maximè, si sine vſuris credidit, accipiente teneri, & ipsi rem perire; nisi hic idem operaretur periculum, quid comminisceretur. Iurisconsultus dantem, neque causam habere, neque prōpositum fœnerandi? vt id, quod incrementi causa, & per exaggerationem addidit in d. l. rogasti. Vlpianus, ibi, maximè si sine vſuris credidit. hic locum habere doceat. Neque verò, quòd necessitatē proficisciendi habuerit, in hac lege, qui de-
3 posuit, sua etiam causa depositū esse dicit. † Nāque ex necessitate deponere, non solum non minuit culpam in accipiente, sed auget: vt patet in l. i. §. i. ff. depositi. Licet ergo fuerit necessitas hæc, causa prius deponendi; nullum tamen erat commodum deponentis, qui sine vſuris illico credere paratus erat; nisi quòd alius, antequā emeret, nollebat se crediti nomine esse obligatum. Fuit ergo accipientis causa depositum; vt si emeret, præstò esset ad manus pecunia, vt con-
uer-

uerteretur in creditum. Vnde patet, periculum hic propriè accipiendum, secundum Ioannis opinionem, & vſitatum Iurisconsultis dicendi modum, qui vbi periculum ad aliquem pertinere dicunt, hoc intelligunt. Ad quod possem (quod alius dixit) vno spiritu sexcentas citare leges. Vnde aliter periculum in l. hac interpretari, erit cōtra ipsam: erit etiam culpæ interpretatio illa Azo-
4 nis in d. l. rogasti. † Verba autem duarum legum, vt intelligantur, impropriè accipere, est quidem leges non intelligere. Cum ergo præcipuum fundamentum, cui innitebatur illa Accursij opinio, sit euersum; non erit opus alia argumenta, quibus innititur Bartolus, & alij, refellere; cum sit id optimè à Ioanne Igneo factum, ne sit opus etiam, eius scripta transcribere. Quod meæ consuetudinis non est, vt id consultò faciam: ignorans aliquando ne facerem, omnem operam posui; si fecerim, alij iudicabunt; mihi enim conscientia est in mille testes. Illud tamen cum eodem Ioan. Igneo non probarem, † quòd in nostra lege, depositum illud fit mutuum iudicadum, cum noluerit alter contrahentium crediti nomine se esse obligatum. Neque etiam deponentē à principio mutuam pecuniam dedisse, est existimandum; † illa enim dantis, & accipientis discordia nullum contractum redderet. argumen. l. si ego.
6 codem

codem titulo. si cert. pet. Fuit ergo depositum
in hac l. si quis nec causam. cum illis tamen qua-
litatibus, quæ eius naturam, quo ad periculum præ-
standum , mutant: exemplo rei ad uendendum
traditæ.

*De intellectu. L. repetitio. ff. de con-
dict. indebiti. Cap. XIII.*

Intellectus. l. de hæreditate. C. de petitione hære-
ditatis.

2. Qui accipit nomine veri debitoris, à vero debitore
accipit.

3. Intellectus. l. si pæne. §. 1. de conduct. indebiti.

SOLOENT ij, qui singulare inter aliquos
certamen pacare volunt, in se eorum
iram. conuertere, siue etiam eorundem
fautorum. Quod ne mihi in hac conciliatione
eueniat, non parum timeo; cum inter arma, &
armatos ad conciliandum penè nudus prodeam.
Scripsiter enim cum Pomponius in l. si pæne. §.
ff. de conduct. indebit. Quamvis debitum sibi
quis recipiat, tamen si is, qui dat, non debitum
dat, repetitio competit. Et Iurisconsultus Paul.
in l. repetitio. ff. eodem titulo, dicat, Repetitio

nul-

, nulla est ab eo, qui suum recepit: tametsi ab alio,
quam à vero debitore solutum est. Budeus in an-
notationibus ad L. fin. ff. de ædilitio edicto Jan-
tinomiam, & veram repugnantiam inter hæc Iu-
risconsultorum responsa, esse asserit. At contra
Zafius in dissolutionibus, antinomiam id negat.
Negat etiam Petrus Stella in repetitione d. l. re-
petit. Et inter eos antinomia est; &, quod dixi
singulare certamen. Zafius enim Accursium, &
antiquos sequutus, intelligit Iulium Paulum in
eo, qui soluit nomine veri debitoris. At contra
Stella in eo, qui recipit suum, cuius ipse domi-
nus est, ad quod & habet rei vindicationem. Et
vterque in alterum irruit, opinionemque suam
argumentis defendit. Ego quidem Accursij, &
doctorum doctrinam verissimam puto, argum.
l. in summa. §. fin. ff. eod. vbi Iurisconsultus in
debitum describit. Quæ & defendi potest † quo-
ad l. de hæreditate. C. de petit. hæred. Ibi enim
hæreditatis nomine soluit, qui erat hæreditatis bo-
næ fidei possessor, vt ibi exprimitur; quod hoc opè
ratur. At quoad d. l. repetitio. vera esse non
potest; non enim ex eo decidit Paul. quod de-
bitoris nomine soluerit; quod, si esset, expressisset.
Tum etiam eodem arguento. l. in summa. §.
fin. quia tunc nomine veri debitoris soluendo,
2. † verum non esset, quod Iurisconsultus ait, à
non

non vero debitore accepisse, cum eius nomine est solutum. Vnde verissimè corruit intellectus Zafij. At neque S tellæ interpretatio stare potest, ex plurimis, quæ contra eum latè tradit Zafius. Et quia, vt idem ait, titulo de condicione indebiti, lex illa non conueniret. Neque creditor etiam recipiens appellari poterat, neque eius respectu, aliquis verus debitor. Nam, vt ait Seneca libro quinto, de benefic. cap. 8. Verbum debere, non habet locum, quando aliis non dat, quām qui accipit, sed unus atque idem. Cum deīnum vtriusque sententia tutu non sit, & alter alterius, optimis argumentis, opinionem reprobauerit, non erit mihi opus eadem argumenta refellere; sed tantum vtramque legem exemplificare in condicione indebiti, quod Zafius in S tellæ intellectu desiderat, sicque aptè litem compонere; id autem fiet exemplo. Debentur, putà mihi decem à Titio; soluit mihi S eius, non Titij nomine, vt doctrinam Accursij excludamus. Quamuis ego decem mihi debita recipiam, tamen quia is, qui dat, non debitum dat, repetitio competit; vt in hac solutione, dantis, non accipientis, persona consideretur, iuxta d. l. si pœnæ. §. 1. At debetur mihi S tichus à Titio, eundem mihi soluit S eius: tunc repetitio nulla est, quia meum recepi, quamvis à non vero debitore solutum;

lutm; vt in hac solutione accipientis persona inspiciatur. Ratio autem differentiæ illa erit, quia ex parte rei solutæ, si decem recipio à non vero debitore, illa etiam, & mei respectu indebita sunt; quia actionem, quam habeo, cum sit obligatio-
nis correlatiua, non potest respicere, nisi obligatum. Vnde si respicias soluentem, si recipiente, si solutum, semper est indebitum; at in secun-
do casu, ex parte rei solutæ, mihi debitum est;
quia actio, quę mihi competit in Titium, est tan-
tum respectu Stichi. Vnde semper obligatio per-
sonam eius comitatur; et si mihi solutum sit, si
me recipientem cōsideres, debitum est, & meum
recipio. Si rem etiam debitā, tantum illud ob-
stat, quod à nō vero debitore solutum est; quod
tamen Iurisconsultum non mouet, vt indebitum
iudicet, quod rei, & accipientis respectu debitum
sit. Quia, si Stichus, vt indebitum, condicatur;
non potest à vero debitore solui mihi alius S tichus,
sed idem soluendus est. Quid ergo, à me
condicetur, quod mihi est reddendum? Vides er-
go, ex æquo illas leges secundum earum verba,
mentem, & decisionem, interpretatas. Quæ
interpretatio, neque repugnantiam, neque diu-
nationem ullam continet, & propriè vtramq; le-
gem accipit. Vt l. si pœnæ. §. 1. intelligatur in-
debito generis, seu speciei. At d. l. repetitio.
N in de-

in debito indiuidui. Quo intellectu , & omnium contraria, contentionesque vitabis .

Opus

*De vera lectura. L. Iulianus. ff.
de condicione indebiti.*

Cap. X IIII.

- 1 *Ex pluribus lecturis fit lex obscura.*
- 2 *Lex , quæ habet plures intellectus , non potest securè allegari.*
- 3 *Verus debitor , semper manet natura debitor.*
- 4 *Veritas errore rerum gestarum non vitiatur.*
- 5 *Post litem contestatam super debito , & ciuilis , & naturalis remanet obligatio.*

AÆPE admiror doctorum (vt vocant) varias lecturas : cum nihil in ipsis legibus videam , quod eos possit ad tot intellectus afferendos inducere . † Fit enim crebro clariss. lex , ex his obscura , & que apertè decidit , in discrimen vocata ; cum ipsis eisdem doctoribus axioma sit , † legem , quæ plures habet intellectus , nō posse securè allegari . Quod si aliquando mirari licet , id est in l. Iulianus verum debitorem . ff. de condic. indebit. cuius Bart. plures lecturas adducit , & cum eo doctores , in re aperta

aperta hallucinati . Quorum rationes , & commenta , vt non commemorem , est obseruandū , Iulium Paulum agere de condicione eius , quod verus debitor soluit post litem contestatam , & ante sententiam . Quod enim agat de eo , qui soluit ante sententiam , Iurisconsultus ipse ostendit , dum ait , manente adhuc iudicio . Quod Bartol. & docto . non animaduertisse , planè mirum est ; cum nihil magis legis literæ contrarium sit , quam debitorem soluisse post sententiam dicere ; quod iam erat decisum in l. iudex . eodem titulo , de cond. indebit . & huius legis structuræ aduersari , iam infra ex alio capite probabimus . Neque aliud suadet versiculos ille , licet enim absolutus sit , natura tamen debitor manet . Pertinet sanè ad rationem decidendi , vt iam apparebit . Est autem decisio , quod is , qui soluit in casu proposito , repetere non potest . Erit autem casus , vt omnes oppositiones doctorum vitare possint , quod Titius verus debitor soluit decem Seio , quæ cum peteret Seius coram Iudice , Titio negante , lis est contestata : adhuc autem manente iudicio soluit ; posteā , poenitentia motus , vult repetere , ad hoc nempè allegans , litem super his fuisse contestatam , & pendentem ; respondit tamen cum Iuliano Paulus , quod repetere non potest . quem casum cum agnouerint aliqui , inter quos & Co-

stalius in 3. aduersariorū parte, in d.l. Iulianus, non tamen efficaciter ipsis Iulij Pauli verbis probarunt. Probant autem Iurisconsulti decisionem prædictam, disiunctione pulcherrima, & optimo exemplo; quæ vtraq; probatio, mentem eorum iuxta casum non obscurè declarat. A iunt ergo, nihil facere litis contestationem ad hoc, vt verus debitor soluens repetere possit; quia nullus casus euenire potest, vt soluēs repetere possit. Si enim expectemus sententiam, aut absolutoria erit; aut

3 condemnatoria. † Sed verus debitor, licet absolutus sit, natura tamen debitor manet. Vnde nec absolutus, nec condemnatus repetere potest. Condemnatus non, vt satis patet, quod Iurisconsulti non probarunt. At neque absolutus, optima illa à Paulo allata ratione, quia natura semper debitor manet; & sententia, nec quicquam natu-

4 ram mutare potest. † Veritas enim, errore rerum gestarum, non vitiatur, vt fert docta Vlpiani sententia in l. illicitas. §. veritas. ff. de officio præsid. Cum autem natura debitor remanferit, satis liquet repetere non posse, ex notissimo illo in hoc titulo principio; quod is, qui naturale debitum soluit, non repetit. Vides ergo fortissimo argumento à Iureconsultis exclusam repetentis intentionem; † quia nempe, & post litem contestam, & ciuilis, & naturalis obligatio subest; vt

ex

ex codem Iuliano, refert Vlpianus in l. græcè. §. & post litem. ff. de fideiussoribus. & in nostra lege ex eo, quod euenire non potest casus, in quo naturaliter non remaneat debitor; quod semper repetitionem impediet. Ut autem sic accipiendum esse hoc Pauli, & Iuliani responsum omnino pateat; præter supradicta, quæ mihi perspicua satis videntur, est etiam obseruandum, parificari à Iuliano solutionem hanc cum illa, qd soluit quis obligatus sub conditione, siue nauis venit, siue non venit. Quia ex una causa origo alterutrius solutionis proficiscitur; neimpè ex eo, quod alterum necessariò futurum est, & sic necessariò futura obligatio. Si autem casus huius legis, cum doctoribus intelligeretur de solutione post sententiam, nihil hæc similitudo conueniret. Soluens enim quia obligatus, siue venit nauis, siue non, ex una causa alterutrius necessariæ solutionis obligatur ad non repetendum. At soluens post sententiam absolutoriam, ex una causa vnius solutionis astringitur. Quomodo ergo dici poterit, certum esse ex vtroque casu debitum iri? Unicus namque casus est, vnicaq; solutio: scilicet absolutum soluisse debitorem. Vnde patet responsum hoc Pauli, & Iuliani ita absque dubio interpretandum. Si vero diuersas alias lecturas admittamus, aut contra ipsorum mentem, aut extra casum intelligemus.

De

De locatione, an sit in ea necessaria pecunia numerata loco mercedis.

Cap. XV.

- 1 *Mercedem in pecunia numerata requirit locatio, ♂ contra numero 2 . in quo distinguitur, num. 3 .*
- 2 *Locatio aut est faciendi , aut fruendi.*
- 3 *Intellectus . l. naturalis . §. at cum do . ff. de praescript. verb.*
- 4 *Ablatum absolutum conditionem importat.*
- 5 *Intellectus l. 1 . titulo 8 . par. 5 .*
- 6 *Locatio faciendi potest in contractum innominatum transfere ; non tamen locatio fruendi , num. 9 .*
- 7 *Traditio non est factum , quod cadat in contractum facio , ut des.*
- 8 *In venditione traditio requiritur , non datio.*
- 9 *Intellectus . l. licet . C. de locato . ♂ num. 17 .*
- 10 *Locatio faciendi alijs regulis consistit.*
- 11 *Locatio non mutat dominium ; quod tamen intelligi non potest de locatione faciendi . num. 15 .*
- 12 *In contractibus requiritur pretium , aut merces , ut ab alijs distinguantur .*
- 13 *Intellectus . l. ♂ hæc distinctio . §. fin. ad fin. ff. locati.*

VETVS



ETVS illa quæstio est , expressissimis iuribus vtrinque in contrarium allatis . An merces in pecunia numerata consistere debeat in locatione . † Et necessariam esse probauit Accursius in l. 1 . §. si quis seruum . ff. depositi . & in l. naturalis . §. at cū do . ff. de praescript. verb. Quem sequitur ibi Bart. & vbiique doctores , pro sua opinione iura illa afferentes . Inquit enim Vlpianus , in d. §. si quis seruū . agens de locatione serui , vt mitteretur in pistrinum . Sed quia pecunia non dabatur , praescriptis verbis datur actio . Et Iulius Paulus in d. §. at cum do . Si tale sit factum , quod locari soleat , pecunia data , locatio erit ; sicut superiori casu emptio : si res , non erit locatio . † At econtrario , quod nō sit necessaria pecunia numerata , sed certa merces , post Corasium 2 . Miscellan. c. 11 . defendit acutè , vt solet , Pinel . in rub . C. de rescind. vendit . 2 . parte . c . 3 . à num. 29 . allegans professe iura , quæ antiquis maximam difficultatem faciebant ; vbi quidē in alijs , quām in pecunia numerata , mercedem locationis posse constitui , non obscurè probatur ; vt in l. licet . & in l. si olei . C. de locato . cum alijs , quæ pro hac sua opinione optimè inducit , vbi supra , Pinel . in expéndidis Iurisconsultorum verbis acerrimus sanè vir . Ego tamen si alicui harum opinionum adhærendum

dum esset, Pineli amplecterer; qui & sententiam suam satis probauit, & contrarijs iuribus acutè satisfacit. Sed cum verba earum legum alta mente considerarem, (non enim in solutionibus cōtra verba expressa, et si acutissimis, mens quiescebat, vt Pinelo assentirem ; neque antiqui ita contrarijs satisfaciunt, vt mihi vel mediocriter satisfaciant) memoriæ sese mihi obtulit † distinctione quædam, qua possem contrarias has opinio-
 nes, & iura illa distantia cōcordare. † Est enim locatio, aut faciendi, aut fruendi, vt in sua diffi-
 nitione locationis nobis bene aduertit Cuiacius in paratit. ff. locati. In locatione igitur faciendi ne-
 cessarium est, vt merces constituatur in pecunia numerata ; & in locatione fruendi, in fructibus, aut alia quacunque re constitui potest. Pro qua distinctione primò facit, quod omnia iura, quæ pro sua opinione de pecunia numerata adducunt doctores, loquuntur in locatione faciendi, & pecuniam numeratā pro mercede apertè requirunt. Et si enim eis, vt dixi, argutè respondeat Pinel. habet tamen nonnihil diuinationis, minusq; sustineri potest intellectus, quem affert ad d. §. at cum do. † Quod enim ibi, pecunia data, sit in ablativo; res autem in nominativo (oportet namque aliquando grammaticum agere) nihil vrget; et si doctoribus, & eidem Pinelo hoc negotium
 fa-

faciat. Inter alia enim, quibus ablatiuus abso-
 latus æquiuale, est præcipuè oratio subiectiui.
 † Vnde ablatiuum absolutum conditionem im-
 portare, nostris doctoribus axioma est, ex l. à te-
 statore. ff. de condit. & demon. depromptum.
 Figuratè igitur Iurisconsultus mutauit (quæ illis
 consuetudo est) ablatiuum absolutum in secun-
 da oratione, in orationem subiectiui. Nihil er-
 go interest, si dicat, pecunia data, erit locatio ;
 re data, non erit ; aut, pecunia data, erit locatio ;
 si res detur, non erit ; siue econtrà, si pecunia
 detur, crit locatio ; re data, non. Omnes
 sanè hæ dicendi formulæ, sunt idem. Non igi-
 tur ex eo, quod aliter, aut aliter dixerit Paulus,
 mutari potest eius sententia. Est igitur omnino
 dicendum, iura illa absque violenta interpretatio-
 ne non posse intelligi, ita vt pecuniam numera-
 tam pro mercede in locatione faciendi non re-
 quirant. At econtrà, leges, quas attuli, quasque
 pro sua opinione latè inducit Pinelus, quæ non
 pecuniam numeratam, sed mercedē in quacum-
 que re, tantum in locatione admittunt, loquiun-
 tur in locatione fruendi; quæ sanè, si pecuniam
 numeratam in eis requiri affirmemus, vim maxi-
 mam paterentur. Cum igitur hac distinctione,
 sine vlla diuinatione iura illa intelligantur;
 imo expressissimè in eis illa probetur; nece-
 ssaria.

fariò , vt ab ipsis Iurisconsultis excogitata , recipienda erit , tantumque differentiæ rationes tradendi , nobis munus impositum esse sciemos . Quod iam trademus , dum tantisper ostendimus , iure Regio prædictam distinctionem probari , vt non eo iure quis ducatur , & à nostra opinione discedat ; quod fecit in dicta Pine-li interpretatione D. Anto. de Padilla in d. §. at 7 cum do numero primo . † Facit ergo optimè pro nostra opinione . l. part. 1. titulo 8. part. 5. dum disiunctiuè , & separatim agens de huiusmodi locationibus , primam , id est locationem faciendo , quam vocat . *alogar* sine pecunia numerata stare nō posse , tradit . Et in secunda , quam vocat . *arrendamiento* , tantum mercedem certam esse necessariam fatetur . In quo est adhuc obseruandum , quòd in prima dixit . *precio en dineros de contado* . Postea autem in secunda , non solum non addit , *en dineros de contado* : sed vfa est lex verbo . *Venta cierta* : non autem , *precio* , quod pecuniam numeratam significaret ; vt lex illa Regia , absque hac distinctione rectè intelligi non possit : quod & in iure communi iam probauimus . Ratio autem differentiæ ea est præcipua , † quòd locatio faciendi , si non sit pretium in pecunia constitutum , potest in contractum innominatum transferri ; nempe in do , vt facias ; quod prædicta iu-

ra,

ra , quæ pecuniam exigunt pro mercede , aperte ostendunt . † At locatio fruendi , non potest in aliū contractū resolui , si desit pro mercede pecunia ; nisi in contractū do , vt des . Id Iurisconsul ti negant ; cum esse aut venditionem , aut permutationem tantum , hunc contractum fateantur , in l. naturalis . §. secundo , eodem titulo de præscript. verb. Neque ob traditionem reduci potest ad contractum , facio , vt des ; quia esset absurdum , tantum de dolo , in eiusmodi locatione , dari actionem , vt in illo datur contractu , in d. l. naturalis . §. si faciam . & in l. cum proponas . C. de dolo . Tum quia fructus dantur pro pensione , siue econtrà , vt in sequenti animaduersione anno-
10 tamus . † Et neque enim traditio est factum , quod cadat in hunc contractum , facio , vt des .
11 † In venditione namque , quam esse speciem contractus , do , vt des , plusquam manifestum est , traditio est necessaria , non datio , vt in l. fin . ff. de condic. causa dat . docent doctores ; & Pinel in d. rub . 2. parte . c. 3 . numero 13 . Est etiam & alia ratio , quia huiusmodi contractus , nempe locatio fruendi , etsi merces in pecunia non constituatur , reduci sèpissimè potest ad partiariam locationem ; quod fieri nequit in locatione faciendo . Tum etiam , si id certum non esset , mercedem in locatione fruendi , non debere esse neces-

O 2 fariò

sario pecuniam ; stare non possit , quin locationis naturæ repugnaret , vt partiaria locatio , locatio appellaretur . Omnes enim , qui pecuniam pro mercede requirunt , cum Iurisconsulto fatentur , quòd in hoc substantia , & natura huius contractus consistit ; ita vt si res detur , non sit locatio , vt Iulius Paul. inquit . Qua igitur ratione partiaria locatio , re data , erit locatio ? Tum etiā & locatio appellari non posset , si proponatur inter duos , qui singulos proprios fundos habebant , ita conuenisse , vt alter alterius , ita conductum haberet , vt fructus mercedis nomine pensarentur . Quod est contra l. Et hæc distinctio . §. fin . ad fin . ff. locati . † Cui etiam , & l. licet . C. de locato . ibi , certis annuis quantitatibus , quæ verba denotant locationis conuentionem , apertè repugnat sententia illa media aliquorum , quam vnioco verbo amplecti videtur nouissimè Petrus Gregorius Tholosan . in Syntagm . iuris . libr . 27 . c : 1 . num . 10 . quòd pecunia pro mercede requiratur , & eius nomine , aliud solui possit , dum tamen id non sit in conuentionem deductum : licet in huius sententiæ confirmationem iura illa , quibus aduersari diximus , afferat idem Petrus Gregor . Vides ergo omnino locationem fruendi , mercedem in pecunia numerata cōsistere , non desiderare ; quod tamen locatio faciendi requirit ;

13 neque mirum . † Nam locatio faciendi , alijs regulis consistit , aliaque desiderat multa ; vt agnouit Paul. de Castro . consi . 364 . num . 2 . volu . 2 . Vnde Vigelius in sua methodo Iuris ciuil . de vnaquaque separatim tractauit . Namque in locatione faciendi non inuenimus illud , quod primum , quod præcipuum in locatione Iurisconsul 14 ti exigunt : † scilicet eam non mutare dominium . 15 l. non solet . cum similib . ff. locati . † Quis autem dixerit , locationem faciendi id non facere , cum factum illud , quod locatur , si remaneat , in conductoris dominio manere , non obscurum sit ? 16 † Demum cum requirantur pretium , & merces in quibusdam contractibus , vt ab alijs distinguantur : inuenies in venditione desiderari pretium in pecunia , vt distinguatur à contractu permutationis ; in permutatione pretium , vt differat à donatione . Sic in locatione faciendi merces in pecunia , vt differat à contractu do , vt facias . At in locatione fruendi , vbi mercedē constitueris , distinguetur à commodato , quod debet esse gratuitum . Neque differentia illa pecuniæ numeratæ erit necessaria ; cum etiam si quævis alia res detur pro mercede , non in aliud transibit contractum . Nihil est ergo , quòd hanc differentiam requiramus , vt à nullo distinguatur ; quod si mihi contrarius aliquis dederit , planè taceam .

Ex eo igitur, quòd sit locatio, etiam si pecunia non detur pro mercede, plura inferuntur, quæ cumulat Pinel. vbi supra, in d.c. 3. ad fin. Idque præcipue, quòd fiat remissio propter sterilitatem. Quod aliqui ex antiquis, dum pecuniam numeratam pro mercede, & in hac etiam locatione anxiè requirunt, apertè negarunt. Cuius opinionis fuerunt, & Speculator, & Romanus, qui eum refutavit, & sequitur in l. mutuum. num. 10. ff. si cert. pet. Fieri tamen remissionem de æquitate, licet concedat Bald. in l. 1. ff locat. Mihi tamen de rigore etiam iuris, ex supra dictis, id dicendum videtur. Tum etiam, quia Imperator in l. licet. C. de locat. dum de remissione hac agit, de locatione, in qua non sit merces in pecunia loquitur; quod doctores non considerasse, satis miror. Non tamen mea hæc opinio, de differentia inter locationem faciendi, & fruendi, eadem est cum opinione Saliceti in d.l. si olei. C. de locato. Quā sequitur, eundem nō referens, Loriot. in tracta. de pactis, axioma 129. Illi enim strictius distingunt, & mercedem siue in pecunia, siue in fructibus fundi locati, constare postulant. Ego verò in locatione faciendi pecuniam esse necessariam; in locatione fruendi generaliter quamcumque rem, siue quoscumq; fructus, pro mercede sufficere existimo. † Ne-

q;

que enim in prædicta l. & hæc distinctio. §. fin. ad fin. ff. locati. Saliceti opinio probatur, licet illi innitatur. Quin potius mea sententia ex ea planè deducitur; idq; noua consideratione. Nam ibi non consistit merces in fructibus fundi conducti, vt illi somniant; sed in fructibus alterius fundi. Est enim casus illius. §. quòd Titius habens fundum Seianum, Sempronio habenti fundum Meuijanum, Seianum locauit, & ab eo Meuijanum conduxit, cum loci fortasse commoditate vterq; duceretur. Ita, vt ipse Titius pro mercede fundi Seiani, acciperet fructus fundi Meuiani; & Sempronius econtrà. Vides ergo non fructus fundi Meuiani dari pro mercede ipsius fundi, sed fructus Seiani. Non igitur ibi probatur, mercedem posse constitere, si non in pecunia, in fructibus eiusdem fundi: sed probatur optimè, quòd pensio, siue merces, in huiusmodi locatione, potest in quibuscumque fructibus, aut alia re constitui.

De sterilitate, & quando sit facienda remissio. Cap. 16.

Propter Sterilitatem, sit in locatione pensionis remissio.

2 Pensio

- 2 Pensio in locatione datur pro fructibus.
- 3 Ius canonicum, & ciuale, in remissione facienda, non discordant: licet ius Regium ab eis dissentiat. numer. 11.
- 4 Verè est sterilitas, etiam quando aliquid colligitur.
- 5 Exiguitatis, quoad remissionem, ratio non habenda, & nu. 12. neque sterilitatis, quæ prouenit culpa coloni. num. 6. neque sterilitatis non contingentis. num. 7.
- 8 Intellectus. l. ex conducto. s. si vis. versicul. si qua tamen vitia. ff. locati.
- 9 Non est facienda remissio propter vitium, quod potuisse præuideri.
- 10 Ad faciendam remissionem, tria ibi posita requiruntur.
- 13 Intellectus. l. si merces. s. vis maior. ff. locati.

DOCTER † sterilitatem, in locatione, debere fieri pensionis remissionem, indubitate iuris est; id tamen non est absque distinctione recipiendum. Doctores enim nostri plures oppositiones inculcant, seque, & re ipsam, in materia non vulgariter necessaria, parum explicant: quod facerent, si casus diuersos distinguenter, & quid inter iura distaret, considerarent. Vnde in eis distinctionem ad hoc desiderat Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 1. parte

te. c. 3. num. 23. ad fin. Ipse tamen in distinguendo non fœlitor. Sunt namque, qui in oppositionibus, luxuriandi consuetudine, de exiguitate fructuum ad sterilitatem inferant; sunt qui contingentiam, quæ de essentia sterilitatis est, quoad remissionem non expendant. Quod fecerunt Iurisconsulti. Cum enim in sterilitate sit facienda pensionis remissio; † quia ea datur pro fructibus, vt insinuant verba illa Impp. in l. si olei. ibi. fructus anni locasti. C. de locat. deficientibus fructibus, debet etiam & pensio deficere. Nam obligatio personalis respectu rei, tollitur re perempta. argumento l. in naue Saufeij. ff. locat. Quam rationem ad hanc remissionem posuit Sallicet. in l. licet. 2. opposit. C. de locat. Quem solum hanc verissimā rationem agnouisse, inquit Ant. Gom. 2. Tom. variarum. c. 3. num. 18. eam tamen, & rem ipsam, vt certissimam, non erit opus altius repetere. E runt tamen ad eam reducenda, quæ dixerat, & per eam regulanda. Nam licet hæc ratio militare tantum videatur in sterilitate, quando nihil colligitur; cum procedat autem ex voluntate partiū præsumpta, & ex proportione, quā seruare debemus inter pensionem, & fructus; eis diminutis, diminui debet etiam pensio; sicut sublati, omnino tolli. argumento l. 3 quæ de tota. ff. de rei vendic. † Non tantum de P. iure

iure canonico, per decis. cap. propter sterilitatem de location. pro rata diminuta pensione; sed etiam de iure ciuili, per l. ex conducto. §. vbi cumque. qui in aliquibus male habetur in l. si uno. ff. locati. in illis verbis, pro rata; quae non ad tempus reduci possunt, vt voluit, vbi suprà, Pinel. Obstat enim Florentina lectio; obstat etiam germanus sensus illorum verborum, quibus non cohererent subsequentia, si ad tempus referantur. Vnde §. si vis. in d. l. ex conducto. non restringitur, vt Pinel. ait, ad remissionem pensionis totius, cum id Iurisconsultus Vlpianus (qui illi non est) in d. §. vbi cumque. declaret. Nam totus ille contextus à principio legis. ex conducto. usque ad l. cum eo tempore. quae est Iuliani, unica lex est Vlpiani, per §. §. diuisa; neque l. si uno separanda, vt in emendatis editionibus videtur licet. Reducenda sunt equidem iura ad consonantiam, non quærenda reprobata lectio, vt discedent. † Namque verè sterilitas appellatur, quando aliquid colligitur. argumento. l. pretia rerum. §. fin. ff. ad l. Falcid. Ut verò casus omnes, in quibus sit facienda remissio, agnoscamus, vt prædictimus, distinguendum erit. Aut enim est damnū, quod Colonus resarciri postulat, sterilitatis; aut exiguitatis. † Si exiguitatis eius ratio habenda non est; vt probat ex rescripto Antonini, Vlpia

nus

nus in d. l. ex conducto. §. cù quidā. ff. locati. Idq; ex eo, quod sicut ex voluntate partium præsumpta remissionem faciendam cum Saliceto probauimus: in exiguitate contraria voluntas præsumitur, vt docet Alfenus in l. habitatores. ibi, ea enim conditione habitatorem esse, vt aliquā partem paruulam incommodi sustineret. ff. locati. quæ verba à contrario sensu non parum supradictam Saliceti rationem confirmant. Est igitur facienda remissio tantum in sterilitate. Ex quo axiome, lex quædam Regni infrà est interpretanda. Sterilitas autem prouenit, aut culpa coloni; aut sine culpa ipsius. † Si culpa coloni, non est ei quidquam remittendum, ex d. c. propter sterilitatem. Si tamen sine culpa proueniat sterilitas, est adhuc distinguendum; quæ distinctio præcipua est, vt iura distantia intelligantur, quæ quibusdam contraria videntur. Aut enim est contingens: aut non contingens. † Si non contingens, non debet fieri remissio aliqua, vt probat Vlpian. in d. l. ex conducto. §. si vis. ibi, si verò nihil extra consuetudinem acciderit, damno coloni esse. Probat & Pontifex, in d. c. propter sterilitatem. vbi contingentia, vt necessarium ergo requisitum, desideratur. Si contingens sit, sunt qui distinguant, an casu fortuito, an vitio rei. Quæ distinctio in d. c. propter. expresse

P 2 repro-

reprobatur. At obstat d. §. si vis. ibi , si quā tam
men vitia , &c. Vbi videtur Iurisconsultus , tam
casum esse fortuitū desiderare , vt si vitio rei pro-
ueniat dāmnum , etiam contingens , ad colonum
pertineat . Cui difficultati respondit glof. i. in
d. c. propter quod ibi Iurisconsultus loquitur de
vitio rei , quod contingit culpa coloni , quam ab-
esse præcipue requiritur. Hæc tamen solutio mihi
minus placet , quia diuinatoria ; quæ enim ibi cul-
pa coloni esse dicitur? † Resolutur tamen hæc
difficultas , si supradicta distinctio respiciatur. Aut
enim est vitium contingens; aut non. Si contin-
gens(vt dixi;) siue sit ex ipsa re , siue casu for-
tuito , facienda erit remissio , ex d. c. propter ste-
rilitatem. At si est vitium rei proprium , neque
contingens , nihil hoc ad remissionem. Quod di-
uinatorium non esse , ostendunt Vlpiani verba ,
ibidem , si qua tamen vitia ex ipsa re oriuntur. Si qui-
dem ex re oriuntur , non contingunt ; non ergo
remitti pensionem oportet , quia nihil præter con-
suetudinem accidit. Nouam rem sanè petet is ,
qui remissionem pensionis postulat ex eo , quod
raucis , aut herbis natura ager scateat , vel aliud
fundus in se vitium habeat: imputandū enim colo-
no esse , qui aut scire , aut exquirere fundi na-
turam debuit. Vnde propter vetustatem vinearū ,
remissio ab Vlpiano non conceditur in d. l. ex
con-

conducto . quæ est in hac materia magistra. §.
cum quidam. ff. locati. Nam vt docte etiam
scribit Bald. post Cynum in l. si ea lege. C. de
9. usuris. † non est facienda remissio ei , qui con-
duxit tempore belli , quia sciebat , aut scire pote-
rat temporis conditionem . Quare , licet remis-
sionem propter vitium rei admittamus ; debet il-
lud vitium esse contingens , vt de eo cogitasse co-
lonum , aut potuisse , non pateat. † Ex quibus ,
vnica cōclusione , hæc omnia requisita cognosces.
Erit enim sterilitas , ecce primum requisitum ; si-
ne culpa coloni proueniens , ecce secundum ; ea-
quæ contingens , ecce , tertium . Si verò quid-
quam horum defecerit , remissionem non esse fa-
ciendam , statim iudica. In definienda autem ste-
rilitate , quæ remissionem mereatur , satis docto-
res variant , & in diuersas scinduntur sententias .
11. † Quæ tamen contentio , iure Regio cessat.
Nam non est facienda remissio pro rata ; sed si
nihil colligit colonus , facienda est totius pensio-
nis remissio. Si verò aliquid : est in eius electio-
ne , vel totam pensionem soluere : vel , deductis
expensis , reliquos fructus domino relinquere ; vt
statutum est in l. 22. tit. 8. par. 5. quæ Pauli de
Castro opinionem , circa remissionem , approbat ;
vt & ibi Gregorius Lopez annotauit. Est tamen
ea differentia inter ius commune , & Regiu
fide-

sideranda , quòd iure communi colonus fructus suos faciebat , facta remissione mercedis pro rata ; iure tamen Regio , aut non facit fructus suos ; aut totam soluit pensionem . Aliam etiam differentiam , vir quidam non vulgariter doctus , inter legendum Salmanticæ obseruabat ; quòd lex illa Regia locum haberet in exiguitate fructuum ; idque acuta ratione . Nam , cum lex electionem tribuat colono , mos gerendus est illi , argum . l . cum quidam . ff . de legat . 2 . Et cum præsumatur scire vires rei suæ . L . quisquis . C . de rescind . vendit . non est verisimile iactare suum . l . cum de indebito . ff . de probat . Mihi vero hęc differentia , et si acutè conficta sit , probari non potest . Loquitur enim d . l . partitarum , in sterilitate ; non ergo contra naturam verborum , & ius commune , est ad exiguitatē producenda . Debet igitur iudex priùs arbitrari , non , an sit hęc , aut illa sterilitas , iuxta opinionum doctorum diuersitatem ; sed , an sit sterilitas , vt locum habeat lex illa . Namque in sterilitate tantum , viget ratio remissionis faciendæ . † In exiguitate enim , & ea conditione conduxisse videtur , vt minus etiam commodè ei aliquando eueniat , ex d . l . habitatores . & æquo animo ferre debet paruuū damnum , à quo immodicum lucrum non aufertur , ex l . si merces . § . vis maior . ff . locati . Quæ omnia

omnia , vnico verbo , subrogasse dictam legem Regiam , non est dicendum ; quæ easdem distinctiones omnes suprà positas admittit . Non tamen illud , quod de immodico lucro diximus , est indistinctè recipiendum . Namque , si in duplum excedat vbertas , augeri debet pensio ; vt fuit apud autores constituta sententia , ex Accurso in d . § . vis maior . glof . magna : quam probarunt partitarum compilatores , in l . 23 . ad fin . titulo 8 . par . 5 . Cui non obstat inæqualitas quędam , quæ resultare videtur ex eo , quòd maius augmentum desideremus ad augendum , quām damni ad diminutionem ; quod tamen resoluteur , ratione remissionis inspecta . Quia , cum fructus nomine , soluatur pensio : facilis fiet remissio propter defectum , quām ob augmentum additio , impari in causa colono , & conductore existentibus ; cum aliis agat de lucro captando , aliis de damno vitando . † Ex quo etiam , omissis interpretationibus glofæ , & aliorum , intelligetur difficultas ex dicta l . si merces . § . vis maior . Ibi enim immodicum lucrum dicitur , non simpliciter omne lucrum ; sed respectu damni . Cum enim duplum excedat commodum , ad augmentum ponitur ea ibi modici , & immodi ci differentia . Vnde ei nihil aduersatur illa doctorum opinio , de augenda pensione ; neq ; dicta partitarum lex .

De

*De culpa , qua dolo equiparatur , &
alijs culparum speciebus ad L.
quod Nerua. ff. depositi .
Cap. XVII.*

- 1 *Tres sunt culpa gradus , qui explicantur numero . 4.*
- 2 *Triplex diligentia .*
- 3 *Culpa est omissione diligentiae .*
- 4 *Culpa , aut lata , siue latior ; aut leuis , aut levissima .*
- 5 *Intellectus l. mulier . & sed etenim . ff. ad S. C. Trebellian .*
- 6 *Regulae generales ad sciendum , quando lata , leuis , aut levissima culpa praestatur .*
- 7 *Qua ratione sit intelligendum , quod lata culpa est dolus .*
- 8 *Dolus re ipsa in se , tam est dolus , quam qui ex proposito .*
- 9 *Verbum , est , denotat essentiam .*
- 10 *Intellectus l. lat. ff. de verb. signific . & numero . 12. & 14 .*
- 11 *In rebus , quae latitudine metiuntur , unius finis , est alterius principium .*
- 12 *Maxime differt culpa , si consideretur cum comparatione .*

tione ex negligentia ; an sine comparatione ex ignorantia .



VOD Nerua diceret latiorem culpam dolum esse , Celsus contra Proculum probauit , in l. quod Nerua. ff. depositi . Vbi cum Celsus se , & re ipsam optimè explicasset , doctores in eius intellectu , vel ex professo aberrarunt . Primus Accursius contra Iurisconsultorum verba , & mentem , diligentiam in depositario , quam natura hominum desiderat , aperte requirit . Bartol. culpæ plures species affert ; cui contradicit latè Zafius . lib . 1 . singul . respon sor . c . 2 . qui & in eo ipso defecit , dum Bartolum nimis anxiè reprehendere curat : hoc nomine tamen laudandus , quod has diuisiones non specierum , sed graduum esse , verissimè docet . Ego vero , si non doctorum placita , sed Iurisconsultorum , nobis attendenda sunt , † tres culpæ gradus eos tradere obseruui , cosqué ex diligentia , quæ praestari debet , perpenflos . † Aut enim diligentiam praestat aliquis , quam diligentissimus paterfamilias praestaret ; aut ad eum modum , quem hominum natura desiderat , faciens quod omnes plerique facerent : aut suo modo , et si indiligens , curam adhibet ; neque illa alia diligentia reperiri potest , si non ad individua de-

scen-

scendas. Et hanc distinctionem ex diligētia , quæ præstatur , sumptam , non me , sed Iurisconsultos excogitasse , docet Caius in l. in rebus. in princ. ff. commodat. Celsus in d. l. quod Nerua . & Caius idem in l. socius socio. ff. pro socio. Hos verò gradus non excedere culpæ considerationem , apertè probat idem Caius in l. si merces. §. qui columnam. ff. locati. dum culpam abesse inquit , si omnia facta sunt , quæ diligentissimus quisque obseruaturus fuisset. Non ergo maior alia diligentia requiritur , & exinde culpa inde non transgreditur. Si verò ex altero latere diligentiam , quam suis rebus , etiam indiligens adhibet , consideres , nullam aliam minorem diligentiam excogitari posse videbis ; cum hæc , si absolutè cōsideretur , indiligentia sit , vt & annotauit Zafius in glof. ad d. l. quod Nerua . in princ.

3 † Cum igitur culpa sit omissione diligentie , vt non obscurè probat Vlpianus in l. mulier. §. sed etenim. ff. ad S. C. Trebel. ibi , lata culpa , non leui , & rebus suis consueta negligentia : si ad hos diligentiae gradus culpam referas , distinguiri culpam non secundum Bartolum in sex species , sed

4 in tres gradus planè videbis : † cum enim hanc tantum habeat diligentia latitudinem , non etiā culpa , & indiligentia vltrà progredi nō potest. † Erit igitur culpa lata , seu latior , de qua in d. l. quod

Nerua.

Nerua . cum similibus . quando nempè ad suum modum quis diligens non est ; leuis , quando ad communem modum , & hominum , vt plurimū , naturam curam non adhibet ; leuissima verò , quando exactam , & quam diligentissimus paterfam. præstaret , diligentiam non prestat ; ita vt addita tantum negatione , diligentiae gradus consti-
6 tuant , & culpæ. † Ex quibus intelliges illa verba Vlpiani in d. l. mulier. §. sed etenim. ff. ad Trebel. quæ difficultate non carent. Intelliges autem , si consideres culpæ gradus , mensuræ rationem seruare ; ita vt , si leuis est culpa , & diligentia , est defectus diligentiae ad communem modum perpensæ , quæ vltrà progredi non potest , quām si diligentiam ad suum modum quis præstet. Nam si vltrà progrediatur , iam tum non leuis , sed latior , siue lata culpa appellanda est. Vn
,, de cum Vlpianus dixerit lata culpa , ait non leui ,
,, & rebus suis consueta negligentia : ac si dicat , lata culpa , non leui , quæ scilicet est negligentia , si consideres communem naturam , consueta tam
amen rebus suis ; ad quem gradum tantum leuis culpa peruenit : imo in eo constituitur. Ut planè non probem Zafium , qui in d. c. 2. num. 13. eo responso , probari ait differentiam inter latam , & latam culpam : & esse latam dolo proximam , & latam , quæ à dolo absit , Iurisconsulti verba

Q 2 captans,

captans , non explicans . Ibi enim in utroque casu Vlpianus de eadem culpa agit . Nam si dicas cum Zafio prius agere Iurisconsultum , de dolo proxima , vt ipse fatetur , & posteà de ea , à qua dolus abest : excitabis antinomiam inter eam legē , quæ excludit à lata culpa rebus suis cōsuetam negligentiam , sicut & d.l. quod Nerua . & hanc eandem culpam . Ibi Vlpianus (vt interpretatur Zafius) à dolo alienam iudicet , quam Celsus & dolum esse , & fraudem habere definit . Vnde non est recipienda dicta Zafij interpretatio . Illos tamen , quos assignauimus culpæ gradus , iam aliqui ex nouioribus considerarunt ; inter quos , & Zafius in dictis locis , & Duarenus , in l. si moram . ver. non etiam culpam . ff. soluto matrimonio . & in l. in actionibus . in eodem verbo . ff. de in lit. iurando . quod anteà Accursius tradiderat in l. si vt certo . §. nunc videndum . ff. commodati . Neque enim assentiendum est Petro Lorioto , in tracta . de regul . iur . axiom . 138 . cum sequentibus . quatuor culpæ gradus tradenti , & latam , ac latiorem culpam separanti . Falluntur tamen , & ij nouiores in applicatione indiligen- tiae vnicuique culpæ , vt infrā docabo . Rectius tamen , cum hæc scripseram , inueni à Petro Gregorio Tholofano , culpæ latæ , leuis , & leuissimæ exempla , iuxta Iurisconsultorum mentem ,

pro-

proposita in lib . 21 . Syntagm . iur . c . 11 . Cum tamen ipse opus illud egregium emisit , iam ego idem obseruaram . † Si tamen vis cognoscere in contractibus , quando lata , leuis , aut leuissima culpa præstetur , regulas has generales obseruabis ; quod vbicumque persona eligitur , cum qua contrahatur , ille tantum dolum , & culpam latam , seu latiorem præstaturus est , quia solum eligitis utilitas versatur . Qui enim apud negligentem amicum rem deponit , siue eum sibi socium acquirit , aut ad agrum metiendum adhibuit , non ei , sed suæ facilitati imputari debet , qui talem elegit . Vnde in deposito , societate , & similibus tantum latæ venit aliquis culpandus . d.l quod Nerua . Iuncto §. præterea . Institut . quibus modis re contrah . obligat . l. Socius socio . ff. pro socio . l. i . §. hæc actio . ff. si mensur . fal . mod . dixerit . Leuis autem culpa præstatur in omnibus contractibus , in quibus utriusque utilitas vertitur ; vt in emptione , locatione , & similibus . Quæ fuit Vlpiani conclusio in l. si vt certo . §. nunc videndū . ff. commodat . Vbi tamen ad commodum accipientis tantum contrahitur , tunc leuissima etiam culpa considerari debet ; vt in commodato . l. in rebus . in princ . ff. commodat . Quæ regulæ generales , exceptiones nullas admittunt , licet exempla non item . Si enim quis se obtulit deposito , etiam

etiam culpam leuissimam præstabit, quia eius causa depositum censetur. l. i. §. sèpè. ff. depositi. At econtra in commodato, non nisi latior culpa consideratur, quando còmodantis gratia contractus fit. l. si ut certo. §. interdum. ff. commodat. Vnde rectius intelligentur sic positæ regulæ, quæ si ex exemplis regulas, & exceptiones facias. At nunc videndum est, an rectè latiorem culpam dolum appellat Celsus in d.l. quod Nerua. ff. depositi. Quia in difficultate latius, quam par est, immoratur Fulgosius in eadem legge, cum ibi hoc satis expressum sit. Licet enim sit culpa, quia nihil dolo factum est: cum tamen bona fides ab hac propria diligentia discedere non patiatur, deficiente bona fide: quæ maximè in contractibus desideratur, dolus reputabitur culpa, ut optimè agnouit in d.l. noster Accursius. † Est enim tunc dolus re ipsa, qui etiam dolus appellatur sicut is, qui ex proposito, argumento l. si quis cum aliter. ff. de verbis. oblig. Vnde mihi non probatur Zafius in gloso. d. l. quod Nerua. dum per hyperboleum appellari dolum latam culpam dicit. † Cui verbum, est, obstat, quod essentiam denotare, ut verissimum sit, à nostris constitutum est. Si enim mentem inspiciamus, erit culpa forte; si rem ipsam, semper dolus; ut satis in fine legis Celsus ostendit. Vnde à Iurisconsultis,

tis, promiscuè negligentia hæc magna, & dolus, & culpa appellatur. Quæ si rectè expendas, omnes ambages, de quibus doctores, & latius Fulgosius, vitabis. Verum hæc constituta sententia, quæ habet latiorem, seu latam culpam esse, quando non ea diligentia præstatur, quæ in rebus proprijs adhibetur, euertitur omnino ex sententia Pauli, in l. latæ. ff. de verbis. significat. Vbi lata culpa appellatur non intelligere, quod omnes intelligunt. Quam antinomiam, & contradictionem nostros doctores, præcipue nouiores, non aduertisse miror. Vnde Duarenus, Zafius, & alij, culpam latam appellant, quando diligentia non adhibetur, quam plerique omnes adhibe rent. Qui error etiam in partitarum compilatores irrepit, ut patet ex l. 3. tit. 3. par. 5. quo nihil magis Celso in d. l. quod Nerua. repugnat; vbi hoc in lata culpa excludit. Excludit etiam Vlpianus in d. l. mulier. §. sed etenim. ff. ad Treb. Repugnat & illis rationibus, quas tradunt Iurisconsulti, ut rebus suis consuetam negligentiam non culpent, in d. l. socius socio. & in d. §. Præterea. cum similibus. Tum etiam, & esset contra illud verissimum axioma, quod lata culpa dolus sit. Quid enim res doli haberet, si idem mihi, quod alijs facio? sique indiligens, mea opera ad hoc electa, ad meum modum diligens sum? Bartol. sanè hanc agno-

agnouisse difficultatem videtur: ob idq; asserit latam culpam, dolo non æquiparari, sed latiorem. In quo eum reprehendit Zafius. d. lib. 1. respon-
sor. c. 2. Quid autem faceret, qui videbat in d.
l. quod Nerua. ad hoc, vt dolus culpa diceretur,
requiri, non vt seruans ad eum modum, quem
hominū natura desiderat, sit diligens, sed ad suū
modum: & in d.l. latæ. latam culpam ex com-
muni, non propria diligentia, metiri? Quorum
verborum intellectum, & hanc oppositionem cum
apud neminem viderim sic expressam, nō potuit,
non mihi negotium faceſſere. Veriſſimam enim
doctrinam, quam tradidi, ſeu potius Iurisconsul-
ti ipſi tradidere, omnino turbare videtur; non ta-
men me mouet, vt ab ea quidquam diſcedam;
vel vt etiā antinomiam inter hæc iura eſſe fatear.

† Intelligi enim potest. d.l. latæ. primò, vt ibi
latæ finis culpæ dicatur, non intelligere, quod
omnes intelligunt; vt ſit finis latæ culpæ, non ta-
men lata culpa. Vt in rebus, quæ latitudine me-
tiuntur, ſi dicas Hispaniæ finis, eſt fretum Gadi-
tanum; non tamen ſequitur, fretum iſtud Hi-
spaniam eſſe. † Sic latæ culpæ finis eſt, non in-
telligere quod omnes intelligunt, non tamen hoc
eſt lata culpa. Vbi enim definit lata, incipit leuis;
& ita hoc, quod eſt non intelligere, quod alij fa-
cerent, quod eſt leuis culpa, eſt & finis latæ.

† Quæ

13. † Quæ enim inter ſe oppofita, ita cohærentia
ſunt, vt alterius finis cum alterius initio misce-
atur, non refert utrum per extremitatem prioris,
an per initium ſequentis demonſtrentur; vt inquit
acutè Aulus Gellius. lib. 7. noct. atticar. c. 21.
Hæc tamen interpretatio vim faceret verbis. l.
cedere diem. ad fin. ff. eodem titulo. de verb. fi-
gnific. Vnde ex ea conuincitur: † quare aliter
intelligi poſſe puto iura illa. † Aut enim proue-
nit culpa, ex ignorantia, in qua comparatio non
cadat rerum ſuarum, & alienarum; aut ex ea, in
qua cadat, ſiue ex negligentia; qua ratione ſæpius
conſideratur culpa in contractibus. Si proce-
dit culpa ex illa ignorantia: tunc iuxta. d. l. latæ.
& l. cedere diem. ad fin. diceimus eſſe in lata
culpa eum, qui non intelligit, quod omnes intel-
ligunt. Nam, vt ait Paul. in l. regula. §. ſed
facti. ff. de iur. & facti ignor. quid ſi omnes in
ciuitate ſciant, quod ille ſolus ignorat? Tunc enim
cum ignorantia ultrà progredi non poſſit, ea erit
& magna negligentia, quæ ex illa prouenit, & la-
ta culpa, ſi tamen eſſe poſſit comparatio, neque
à generali regula diſcedemus. Nam & ignorantia,
ruficitatis, ſexus, & ætatis ratio habetur, in eadem
l. regula. §. videamus. Et in negligentia hanc
comparationem ferè ſemper faciendam, docent
Iurisconsulti, in d.l. quod Nerua. ff. depositi. in
R. d. l. 3

d. l. socius socio. ff. pro socio. in l. si cōstante . §.
si maritus. ff. solu. matrim. certissima enim tunc
est regula. Nam si scimus, in re sua hanc can-
dem indilige*n*tiam adhibere; aut si liceat in re-
bus proprijs hac ignorantia labi; vt de rustico, mi-
niore, & similibus s̄apissimè est dicendum; cum
tunc lata culpa non teneatur, cum ad contrahend-
dum ipse electus est, nihil est quod lata culpa iu-
dicetur, nihil quod dolus pr̄sumatur, cum nul-
lam in se fraudem contineat, indilige*n*ter tracta-
tum negotium, indilige*n*ti commisum, aut im-
peritè ignoranti. Si verò nihil de hac compara-
tione, & non intelligit, quod omnes facerent;
neque facit quod illi impunè omittere non licuif-
set; certè culpandus venit, vt dissoluta illa negli-
gentia iudicanda sit, quam hæc ignorantia crassa
constituit. l. si fideiussor. in princi. ff. mandati.
Vnde, & lata tenebitur culpa, & dolus in eo, qui
tam affectatam ignorantiam habet, pr̄sumitur.
Ad quæ reducenda sunt illa, quæ de versutiæ cul-
pa, docet Zafius in d. lib. 1. responso. singul.
c. 2. Non tamen contra expressissima iura con-
cedendum erit, latam aliquādo culpam dolo non
æquiparari. Nam siue ea ex negligentia rebus suis
non assueta; siue ex hac crassa ignorantia proue-
niat, semper dolus reputabitur, ex d. l. quod
Nerua. iuncta l. latæ. & l. cedere diem. ad fin.
cum l. magna. ff. de verb. sign.

De

*De captis a latronibus, & obsidibus,
animaduerso circa testamenti fa-
ctionem. Cap. XVIII.*

- 1 Nihil boni est, nodos factos, ut dissoluantur, dissoluere.
- 2 Ratio, quam reddunt in suis responsis Iurisconsulti, sicut leges ipsæ, defendenda.
- 3 Capti à latronibus, quia liberi manent, possunt facere testamentum, & eius ratio, num. 4.
- 4 Triumphum solum ex bello iusto concedebant Romani.
- 5 Serui fiunt capti in bello iusto, non in civili.
- 6 Capti in bellis Christianorum inter se, non fiunt serui.
- 7 Intellectus. l. obsides. ff. de testa. & eius ratio. num. 9.
- 8 Obsidum vitæ, necisque potestas, apud detinentes est, si fides à dantibus non seruetur.
- 9 Obsides, & capti parificantur,
- 10 Obsides inter Christianos dati, possunt testari.



V M Martianus Iurisconsultus in l. qui à latronibus. ff. qui testam. facere pos-
sunt, siue de testamentis. ea ratione à

R 2 latro-

latronibus captos, testamentum facere posse affirmet, quod liberi maneant. Gleſ. Bart. & docto. vt eam rationem optimam non esse probent, finistrè inferunt, exinde sequi filium fam. & damnatum de capitali crimine, etiam testamentum posse facere, quia liberi sunt; vt verè ius ciuile calumnari, non interpretari videantur: ſæpiſſimè cōtraria adhibētes, quæ nō ſunt; † & nodos operosè diſſoluentes, quos ipſi, vt ſoluerēt, fecerint: quod nihil boni habere, acutè Seneca lib. de benefic. §. c. 12. attestatur. † Vbi enim Iurisconsulti in ſuis reſpoſiſis ſuā ſententiā rationem redidunt, ea mihi ſemper recipienda videtur, nonq; minus quām lex ipſa defendenda. † Inquit ergo Martianus, cum liberi maneant, poſſunt facere testamentum; quaſi à deficiente ratione legis, ſiue potius à natura oppoſitorum arguat. In captiuis enim ea tantum ratione, testamenti factio interruſpitur, quod ſerui hostium facti ſunt. l. 3. ad fin. ff. de verb. ſignific. Cum ergo à latronibus captus, factus non ſit ſeruus, (vt Vlpianus attestatur, in l. hostes. ff. de captiu. & poſtlimin. reuersf.) poterit hac ratione, testamentum facere; vt verè oppoſitum in oppoſito, quod propositum in proposito operetur, argumento. l. fin. §. fin. ff. de leg. 3. Non tamen ex eo iij, quibus ex alia cauſa testamenti factio interdicta eſt, quia liberi maneant,

maneant, teſtamentū recte facient, rationem opositi libertate, cum prohibitione non habente. 4 † Qua autem ratione à latrunculis capti, liberi maneant, quæ eſt illius decisionis ratio, doctores ibi non tradunt. Si verò captiuitatis originem, & naturā infſiciamus, id recte intelligemus. Captiuitas enim de iure gentium introducta eſt, ex eo quod eos, quos in bello iuste occidere poſſumus, nobis ſeruare poſſe, vt ſeruant, natura dītabat. Vnde iuregentium bella orta, & exinde captiuitates ſequatas, optimè Imperator in §. ius autem gentium. Instit. de iure natural. affirmat. Vbi ergo bellum iustum non eſt, ibi ſeruitus eſſe non poſteſt; neque ſerui appellari, qui in illo bello capiuntur. Latrones autem, ſeu prædones, aut piratæ, bellum iustum non gerunt. Vnde iure belli capere, & ſibi aliquos ſeruos efficere, nō poſſunt. † Vnde triumphum, qui de iusto bello, & iure gentium tantum concedi ſolitus eſt, vt mille in locis, eloquentiſſimus Luius attestatum reliquit, non concedebant Romani, de geſto cum latrunculis. Quare exprobratum fuifſe Pompeio, inquit Plutarchus in vita eiusdē, quod in triumphum de piratis intrudere ſe eſſet machinatus; licet poſteā, ob belli periculum, & in eo confiiciondo dexteritatē, contra triumphi leges, 6 fuerit illi confeſſum. † Solūm ergo hæc ſeruitutis

tutis constitutio, ad hostes trahenda est, cum quibus bellum iustum erit; ut optimè Vlpianus in d. l. hostes. insinuat; neq; id mirū, si seruare non licet, quos occidere nō licet. Ex quibus sequitur, p̄ recte infert Duarenus in tit. qui testa. facere pos. Cap. de ijs, qui testam. facere poss. quòd inter Christianos licet bella sint, sunt ciuilia appellanda.

7 † Vnde etiam si captus sit aliquis in hoc bello, seruus non efficitur, & in eo etiam lex hæc recipienda est. Quod idem tradit Petrus Gregorius Tholosan. lib. 20. Syntagm. iur. c. 4. numero 3. argumento optimi Vlpiani responsi, in l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de cap. & postlim.

8 † Ex quo eodem capite, Vlpiani responsum in l. obsides. ff. eodem titulo, de testament. mihi intelligendum videtur; vt loquatur, non (vt aliqui volunt) de obsidibus Romanis datis, ex eo, quòd peregrini sint, & testamentum facere non possint, argumento. l. 1. ff. ad l. Falcid. Quod responsum, cum sic malè acceperint Accursius, & antiquiores: rationem prædictam ineptius addunt Duarenus in loco vbi suprà, verb. lege Cornelia, & Cuiacius in d. l. obsides. Quam tamen legem ego, non de obsidibus, quos Populus Romanus acceperat, sed de ipsis Romanis obsidibus datis, interpretor: alij enim, (vt ipsi probant) ex eo, quòd peregrini

ni sunt, testamentum facere non possunt. Quæ ergo dubitatio restat ex eo, quòd obsides sint? At ex hoc, non ex illo decidit Iurisconsultus; igitur de illis est lex interpretanda, qui hac ratione testari non possunt. Tum etiā & agere inceperant compilatores Digesto. à l. eius qui apud hostes. ff. eodem titulo. de his, qui ob seruitutem testamentum facere non possunt. Quid ergo in obsidibus de peregrinis aliquid comminiscerentur? Sunt enim quinque leges simul positæ, in quibus dubium est, an possit quis facere testamentum ex eo, quòd seruus, vel quodammodo seruus esse videatur. Et facere, aut non facere posse, deciditur, argumento seruitutis, vel non seruitutis. Quæ omnes in Ciue Romano intelligentæ sunt: medianam autem inter has, legem. obsides. de peregrinis intelligemus. Si verò alias de eis intelligent cum Accursio, & alijs Cuiacius, & Duarenus, videant ne seipso iugulent, & peregrinos factionem testamenti habere, contra suam ipsorum, in multis locis, opinionem concedant;

9 illæ enim exceptiones, regulam in contrarium firmarent, vt nobis regula est. Intelligenda est ergo lex illa de Romanis in obsidibus datis, quos facere non posse testamentum, nisi eis permittatur, merito Vlpianus affirmat. Sunt enim apud hostes, & in eorum potestate; † Ita vt si fi-

des ab his, qui dederunt non seruetur, vitæ, necq; eorum potestas, apud detinentes sit. Sic Romæ, postquam Volsci bellum integrarunt, obsides anteā pro pace datos in forum adductos, A pius Claudio, vidente, & approbante populo, priùs virginis cęsos (quæ Romanis consuetudo fuit) secuti percuti iussit, vt Dionis. Alicarnaseus lib. 6. refert. Ex quo infertur, eos testamentū facere non posse, quia apud hostes sunt in eorum potestate, ijdemque quasi serui; † captiui enim, & obsides parificantur, in l. Diuus Commodus. ff. de iure fisci. Et si eis permittatur, non vt doctores intelligunt, à populo, siue à principe R omano (quia iam in his intelligi nō posse hanc legem supra probauit) sed ab eo, qui accepit, facere posse: quia verè serui non sunt, nisi fides rumpatur. † Ex quibus obsides inter C hristianos datos, testamentum posse facere, dicendum est, sicut eos, in bello captos, testari posse, supra diximus: quod & annotauit Panormitanus Abbas in Rubr. de testamentis. versicu. Decimooctauo. & nouissimè Petrus Grego. vir absolutæ doctrinæ in lib.

42. Syntagm. iur. c.

octauo. num.

septimo.

De

De legato in singulos annos ad l. si in singulos. ff. de annuis legat.
Cap. XIX.

- 1 *Annuum legatum, an sit vnum, ex temporis præfinitione colligitur.*
- 2 *Intellectus l. Codicillis. ff. de annu. legat.*
- 3 *Conditio, quæ inest in legato annuo, purificatur initio cuiuscumque anni.*
- 4 *S tipulatio annua, & legatum annum maximè differunt.*
- 5 *Intellectus. l. Senatus. §. final. ff. de donationibus causa mortis.*
- 6 *Quid sit mortis causa capere.*
- 7 *Eiusdem iuris censemur legatum, tamen mortis causa donatio.*



I N singulos annos alicui legatum sit, plura esse legata Sabinus ait; cuius sententiam, veram dicit Iurisconsultus Pausus in l. si in singulos. ff. de ann. legat. & in l. cum in annos. ff. eodem. Cum contra annum legatum quoddam vnum esse Papinianus probavit in l. Firmio. §. fin. ff. quando dies legati ced. Hoc tamen clarius intelliges, quam Accur sius,

sius, & Docto. explicant, distinctione propositi.

1. † Aut enim annum legatum est, cum temporis præfinitione, puta decem in singulos annos, usque ad annos viginti. Tunc quidem regulariter, unum legatum esse censetur, etenim summa finita est, & ab initio cognoscitur: Vnde in gratiam hæredis distributio facta intelligitur, vt probat in d. §. fin. Papinian. Martianus etiam in l. si cum præfinitione. ad fin. ff. eodem titu. quando dies leg. Scuola in l. codicillis. in principio. ff. de annuis legat. nisi aut alimentorum nomine, legatum esse doceatur, vt in d. l. si cum præfinitione. præmittitur; vel tempus præfinitum, ad

2. legatarij vitam respiciat, ex d.l. Codicillis. † Quā legem sic accipe, vt non sit necessaria illa solutio Bartoli ibidē de paupere, & diuite; opponit enim de exceptione ad regulam, ita vt regulam, exceptionem faciat. Si tamen sine temporis præfinitione annum legatum sit; tunc recipienda est dicta l. si in singulos. vt plura legata reputentur; & primi anni purum, sequentium conditionale iudicetur; aliter namque ex incerto finito, fieret infinitum. Iudicatur enim hoc annum, alimentorum causa relictum, argumento l. si cui annum. ff. de ann. legat. & hac ratione, legatum istud non transmittitur ad hæredes: quod aliter est in uno legato, et si in annos sit solutio distri-

buta.

3. buta. † Conditio tamen illa, si viuat, quæ ineſt in legato annuo, purificatur initio cuiuscumque anni, vt M odestinus respondit in l. à vobis. ff. de annuis legatis. Vlpian. in l. nec semel. ff. quando dies legati. Ex quibus infertur ad l. post duos. C. de aduocatis diuersi iudicio. Vbi illi annum, incepto anno, ad hæredes transmittunt. Ex qua etiam ratione, intelligenda est l. diem functo. ff. de officiis. assessor. Cum enim cedat dies respectu salarii, initio cuiuscumque anni, totum illis debebitur; etiam Legato Cæsaris diē functo; licet ex alia ratione, id decidatur in l. sed addes. §. fin. ff. locat. Quæ responsa Præteius, in lib. geminat. c. 2 congeminata esse dicit; ex eoque, vt in toto illo libro, reprehendit Tribonianum; acsi in argumentū adduci non possit, quod alio loco traditum est, quod fecit in prædicto. §. fin. Paul. Vt tamen ad propositum redeamus, illa, quæ diximus de annuo legato sine præfinitione, locum non habere in stipulatione, & donatione causa mortis, afferit Accursius in d. l. si in singulos. Cuius sententiam nemo reprehendit: ea tamen vera mihi videtur, & recipienda in stipulatione; † quam in hoc cum legato non conuenire, exprefſè Iurisconsultus docet, in d. l. si Stichum. §. fin. ff. de verbis. oblig. neque id mirum. Nam & hæredibus quis stipulari cen-

S 2 setur,

setur, ex l. si pactum. ad fin. ff. de probatio-
nib. Sed in donatione causa mortis, hæc Accur-
si sententia mihi non probatur. Quid enim inter-
est, An legatum sit in singulos annos, vel per
donationem relictum? Ego enim didici, illud ge-
neraliter meminisse oportere, quodcumque in le-
gatis ius sit, & in mortis causa donationibus esse
recipiendum; quod apertissimis verbis definit Vl-
pianus, in l. illud generaliter. ff. de donat. caus.
mortis. Neque etiam in huiusmodi donationib.
locum habere potest ratio illa differentiæ, & deci-
dendi, quam constituimus, quod sibi, & hæredi-
bus quis stipulari videatur. At nobis obijciet
Accursius, & eiusdem defensor, de l. Senatus.
§. fin. ff. de donatio. caus. mort. † Vbi etiam
in annua præstatione, differentia à legatis consti-
tuitur; quod & ego in casu illius legis, libentissi-
mè concedam, quæ loquitur de stipulatione mor-
tis causa. Tunc enim, ob stipulationem, perpe-
tuum illud æstimandum est, & stipulantem sicut
à præsenti die, sic & à morte promissoris, sibi,
& hæredibus cauisse, iuxta d. l. si pactum. §. fin.
Est ergo eadem species illius l. Senatus. §. fin.
& d. l. si Stichum. Vtraque enim in stipulatio-
ne loquitur. At è titulo argumentum faciet Ac-
cursij, & Bartoli, qui idem opinatur, defensor;
quia lex. Senatus. est in titulo de donationibus
causa

causa mortis. Quod non grauatè admittam, si
mihi totus titulus proponatur, qui non solùm
de donationibus causa mortis est; sed & de qui-
buscunque eius causa capionibus; hoc est de illis
obligationibus, quæ in mortem alicuius collatæ
sunt, qualis est stipulatio illa, post mortem dabis.
6 † Mortis namque causa capitur, cum propter
mortem alicuius, capiendi occasio obuenit; vt
Caius in l. mortis causa. ff. eod. tit. de donationi-
bus causa mortis attestatur. Igitur in mortis cau-
sa capione, quæ stipulatione concepta est, aliud
erit dicendum, si sit annua præstatio, quod illa
perpetua (vt prædictimus) reputetur. Cum enim
mihi stipuler, & hæredibus cauisse sum censem-
dus. Sitamen donatio causa mortis. simplex sit,
& sine stipulatione, à mera morientis liberalitate
procedens: tunc idem, quod in legatis, est di-
cendum; † cum nihil sit, quod diuersum ius suadeat,
cum deficiat stipulationis ratio; & illud ge-
neraliter in donationibus causa mortis, quod in
legatis, sit ius statuendum, ex Vlpiani sententia,
in l. illud generaliter. de donationibus causa mor-
tis.

*De natura disiunctiua, quam nostri
alternatiua vocant.*

Cap. XX.

- 1 *Disiunctione variè vtuntur diuersæ facultates.*
- 2 *Dialecticorum disiunctio.* & num. 11.
- 3 *Jurisconsultorum disiunctio.* & num. 13.
- 4 *Alternatiua latinè dicitur.*
- 5 *Alternatiua natura, & nume.* 9.
- 6 *Alternatiua veritas, duobus modis consideratur.*
- 7 *Ad ueritatem alternatiua enunciationis, requiritur quod utrumque sit verum alternatiuè.* & num. 8.
- 10 *Intellectus legis, hæc verba. ff. de verb. signific. & nume.* 14.
- 12 *Subdisiunctiarum interpretatio.*
- 15 *Alternatiua affirmatiua effectus, & negatiua, numer.* 16.
- 17 *Explicatur. l. planè. la 1. §. pen. de leg. 1. & num. 18.*

 V M ex cognitione disiunctiarū , plurimorum iurium pendeat interpretatio , quæ malè hucusque intellecta sunt ; placet in explicanda eius natura , latius immorari , quām mē consuetudinis sit . Id enim à nemine factum

- factum est ex professo , præter vnum Calepium , qui dum id explicat in repetit. l. si is qui ducenta . §. cum ita . ff. de rebus dubijs . sophistam sæpiissimè agit . E rit autem animaduersio hæc generalis ad ea , quæ in capitibus sequentibus animaduertenda sunt . Quæ tamen , vt rectius intelligantur , est obseruandum , disiunctionem , vt Synonimam , prius diuidendam , † qua varie vtuntur diuersæ facultates . Ea enim est Grammaticis pars orationis , quæ disiungit ; apud quos sèpissimè verba , & non sensum separat ; quod generaliter recipiendum est , vbicunque inter dictiones synonimas Ciceroni dictas , ponitur .
- 2 † At Dialectici disiunctione vtuntur , ad argumentum conficiendum ; quibus verè disiunctū est illud , quod constat ex duobus contrarijs terminis , quorum alterum verum , alterum falsum esse necessarium sit : ea namque ratione , disiunctio necessarium argumentum efficit , vt docet optimè Proculus , in l. hæc verba. ff. de verbor. significat. idemque tradidit Cicero lib. 1. de natura Deorum , contra Epicurum contrarium afferentem ; & libr. etiam 4. Academic. quæst. & ex Phauorino docuit Aul. Gel. noct. atticar. libr. 5. c. 11. Et exinde Cicero idem in Topic. in disiunctionibus , plus vno , verum esse non posse asserit : quod ex sua natura necessarium est.

est. Cum enim copula, quæ coniungit, vtrumque requirat esse verum, siue falsum, pro modo enunciationis; ita & disiunctiua, quæ econtrariò disiungit, necesse habet alterum tantum esse, aut non esse. Quòd non obscurè significat Iurisconsultus in l. si quis ita stipulatus, ff. de verbis obligat. † Nobis verò, qui etsi disiunctione vtamur, qua Grammatici, atque Dialectici: tamen quia alijs etiam in rebus, disiunctionis necessitatem habemus, quæ neque orationem ornnet, neque argumentum efficiat, vt patet in conditionibus alternatiuis, legatis, obligationibus, & similibus; id erit disiunctum, quod ex varijs terminis constans, alterum esse necessariò requirat; licet pro terminorum differentia, vterque, vel neuter esse possit; vt infrà declarabimus, dum de intellectu. I. hæc verba. agemus. Eam autem disiunctionem, quæ nobis magis in vsu est, alternatiuam doctores nostri appellant; † quam vocem non omnino barbaram existimat, in d. l. hæc verba. Alciatus, & Viglius in §. si plures. nume. 3. Institut. de hæredib. instituen. † Hæc si rectè consideres, cognosces disiunctiua, siue alternatiua (his enim vocibus, vt doctores faciunt, promiscuè utrū) eam esse naturā, vt verificetur, si in ea alterum sit verum; illique satisficerit, si alterum adimpleatur; quod nostris doctoribus axioma est,

est, ex d. l. si ita quis stipulatus. ff. de verbis oblig. ex l. cum pupillus. §. 1. ff. de condit. & demonstrat. & c. inter cæteras. de rescrip. deductum. Cuius regulæ, licet quidam ex nostris plures exceptiones faciant, vix vnam, aut alteram reperies. Neque enim huic communi Iurisconsultorum, & doctorum traditioni obseruit, si quis cum Petro Ramo, lib. 20. animaduers. Aristotelic. in Elencho coniunctæ, per ridiculum esse affirmet, dicere, quòd ad disiunctiua veritatem sufficiat, si altera pars vera sit. Namque, si intelligamus, vt ipse facit, falsissima erit hæc regula. At ego aliter eam intelligendam iudico; atque obseruandam generalem quandam, eamq; necessariam in multis positionem. † Alternatiuæ veritatem duobus modis posse considerari; aut per se generaliter, tamquam enunciatio alternatiua; aut illa eadem cum effectu: siue vt philosophantibus magis placet, potest considerari in abstracto, aut in concreto. † Ad veritatem ergo disiunctiua enunciationis, vt enunciatio est, requiritur quòd vtrumque sit verum alternatiuè; hoc est vt sit habilitas terminorum, qui determinari possint pariformiter per alternatiuam, quibus vocibus me vti liceat, vt rectius rem explicè. Exemplum erit, (vt clarius id pateat) in hac enuntiatione: aut furtum est, aut iniuria, rei alienæ con-

rectatio . An quia hæc disiunctiua verificatur in altera parte , vera erit ? Minimè . Ridiculum erit id fateri , quia non est terminorum habilitas , vt ex æquo vnuis , aut alter verus esse possit ; idque mihi apertè probat Iurisconsultus Paulus in l . si duo rei . ff. de verbis obligationis . Vbi si quis sub disiunctiua , Stichum , aut Pamphilum promittat , & obligatio in Pamphilo non consistat , non erit obligatio alternatiua , quæ obligatio considerat disiunctiua in abstracto . Et exinde solutio , quæ respicit eam in concreto , non poterit esse alternatiua , licet solutionis tempore consistere possit in eodem obligatio : ea ratione , quam tradidimus . † Quia vt sit enunciatio alternatiua , verè alternatiua , requiritur , quod vtrumque esse possit ; quod etiam eodem argumento probatur , in authen . si quando . ad fin . C. de constit . pecun . Po test tamen , vt dixi , considerari alternatiua , vt for titur effectum , siue si mauis in concreto : † & tūc secundum doctorum regulam , illi satisfit , si alterum adimpleatur , verumque sit : qua ratione nostri hanc regulam admittunt . Erit omnium exē pluim , in stipulatione alternatiua , promitto Stichum , aut Pamphilum . Si in Sticho obligatio non consistit , quia non est in rerum natura , iam hæc obligatio non est alternatiua , licet in Pamphilo verificari possit . At si in vtroque consistit ob-

obligatio estque verè disiunctiua ; Tunc si accedamus ad solutionem , qua effectum fortitur alternatiua ; solui Stichū , verum est me Stichum , aut Pamphilum soluisse . Nam etsi Pamphilum non dederim , dedi tamen Stichum , quo alternatiua naturæ fit satis . † Ex quibus ēt intelligetur doctrina Proculi in d . l . hæc verba . ff. de verbis signific . quam me interpretaturum suprà promisi . Proponit enim ibi Iurisconsultus disiunctum proprium Dialecticorum , ad cuius instar omnia regula landa sunt . † In quo etiam intelligendi Cicero , & Gellius suprà citati . Cuius ea natura est , ut si in eo sit alterum verum , erit alterum falsum , & econtrà : quia ex contrarijs terminis debet confingi . Vnde & affirmatiuè , & negatiuè concludit ; quod sic satis Cicero in Topic . declarauit . Quæ si rectè cōsiderasset Calepius in sua illa repetitione . l . si is qui . § . cum ita . ff. de rebus dubijs non diceret Grammaticorum quosdam falso afferere , quod si in disiunctiua enunciatione vnum sit , alterum non erit . Quod dixit Proculus noster , dixit Cicero , dixit teste Gellio , Phauorinus Philosopherus : neque alius vñquam negauit , nisi Epicurus , & Calepius iste ; dicens Grammaticorū esse figuramentum , quod uerè proprium est de natura disiunctiua : illius inquam , quæ ad rationem argumentandi pertinet . Quod cum confunderit . An

tonius Persius in lib. nouarum position. contra ius ciuile. positione. 656. Falsam hanc Proculi doctrinam esse falsò assuererat, de subdisiunctiis, ad disiunctum inferens; qui cum nullis alijs rationibus Proculum impugnat, parum nobis eius autoritas negotium faciet. Neque oberit, si quis pro eis dicat, in hac obligatione, dabis decem, si nauis venerit, aut Titius fuerit Consul factus, dummodo vnum acciderit, nihil obesse, si vtrumque factum sit: quod & nos admittimus, & Proculum docuisse cognoscimus, quem illi diuersarū facultatum dogmata confundentes, non intellexerunt. Ea namque obligatio non est semper enunciatio disiunctiua, sed subdisiunctiua aliquando, vt Proculus satis docet, dum inquit, hæc verba, ille, aut ille, non solùm disiunctiua, sed etiam subdisiunctiua orationis sunt. † Explicat autem ibi subdisiunctiua duo, quæ vt melius intelligentur, per modum illationis explicat. Primum subdisiunctuum eorum est, quæ non possunt simul esse, licet possint simul non esse. Ex quo infertur ex affirmatiua: vt si dicas, aut sedet, aut ambulat; sed sedet, ergo non ambulat; non tamen ex negatiua rectè infertur, sed non sedet, ergo ambulat. Cuius exemplum, & usum, (vt hæc scire necessarium esse videoas) apud Aulum Gellium inuenies lib. 2. noct. Attic. c. 7. ad fin.

&

& d. lib. 5. c. 11. A iterius generis est subdisiunctiuum, in quo ita potest vtrumque simul esse, vt non possit neutrum esse. Ex quo infertur ex negatiua; vt si dicas, omne animal, aut agit, aut patitur; sed non agit, ergo patitur: non tamen ex affirmatiua aliquid inferes. At Petrus Ramus, vbi suprà, ridiculum esse dicit, quæ non sunt contraria disiungi: & anteā docuerat Aulus Gellius lib. 16. c. 8. Quod tamen recipiendū est apud Dialecticos, quibus nullum aliud disiunctum est, quām argumentum necessarium faciens. Et neque Proculus negauit, idque solūm disiunctum appellat, quod contraria, seu opposita separat. Alias autem species subdisiunctuarum annexit; tum vt ostendat quomodo ex eis aliquid inferri rectè possit, quidque in illis sit euitandum, quod ipse animaduersor, & Philosophus non tam strenuè præsttit, quām noster Iurisconsultus: † Tum etiam quia nos non contraria, aliquando disiuncta habemus; qui aliquando practicè, & in indicuiduis ipsis alternatiuam consideramus. † Et inde ex illa optima Proculi doctrina illud eliciimus, ad intellectum plurimarum alternatiuarum, quæ ad argumenta non pertinent: † quod. vbi alternatiua affirmatiuè concipitur, dummodo alterum fortius effectum, quod de eius natura requiritur, nihil Oberit, si vtrumque sit; ad instar alterius

alterius secundæ nempè subdisiunctiæ ; vt in illa obligatione , quam posuimus; Dabis si manus ve-
nerit , aut Titius fuerit Consul ; nihilominus de-
bebis , si vtrumque acciderit , et si sufficiat alterum
accidisse . † Si verò negatiua sit alternatiua , dū-
modo vnum non sit , nihil officiet , si neutrum
euenerit ; quia licet non possint simul esse vera ad
exemplum primæ disiunctiæ , vt obligatio con-
trahatur ; possunt tamen simul non esse .. Neque
ex hac optima doctrina , quam ex Proculo colli-
gimus , sequetur absurdum illud , quod si decem ,
aut Stichum promittam , possum vtrumq; solue-
re , ita vt non videar meū minuere patrimonium ;
aliquis enim sequi diceret , quia est promissio al-
ternatiua affirmatiua , in qua vtrumque simul es-
se potest ; posse tamen falsissimū est . Nam vtra-
que res proponitur ad obligationem , non ad so-
lutionem . l. si duo . ff. de verbor. obligat . † ad
quam est referenda . l. planè . la . i. § . penultim .
ff. de legat . i. ibi duo esse legata . : cui postea
addit , vnum eligi posse . Hæc tamen difficultas
nihil oberit , si consideremus hoc non esse de na-
tura disiunctiæ , sed præter naturam ; quia disiū-
cta non sunt in hoc casu verè opposita ; erunt au-
tem vt opposita consideranda , quoad solutionem ,
cum vnum tantum proponatur ex disiunctis sol-
uendum in dictis iuribus . Vnde absurdum hoc
non

non sequitur , sed illud quidem rectè infertur , q
si vtrumque solutum fuerit , non ideo minus al-
terum rectè solutum erit , licet alterum repeti pos-
sit ; quod probat Iulius Paulus in l. planè . ff. de
condic. indeb . Ex qua differentia obligationis , &
solutionis , intelliges . l. si illud , aut illud . ff. de le-
gatis secundo . & l. cum illud , aut illud . ff. quan-
do dies legati cedat . Vbi si illud , aut illud lega-
tum est , vnum legatum esse dicitur : † cum ta-
men d . l. planè . § . penulti . duo esse legata pro-
bet . Nā leges illæ intelliguntur , quoad solutionē ,
hæc altera quoad obligationē . Et exinde addit po-
stea , vnu eligi posse ; cuius respōsi effectus appetet
ex simili in l. Lucio . Titio . ff. de leg . 2 . Est
ergo huius animaduersionis maxima utilitas , ex
qua plurima rectius , quam hæc tenus exposita
sunt , intelliges iura : quæ tamen cum
materiam habeant distinctam , &
ex professo interpretatio-
né requirant , erunt
in animaduer-
sionibus
sequentibus explicanda ,
ne hæc longius pro-
tracta fastidium
pariat .

*De illis alternatiis, quibus in progres-
su suorum responorum Iuriscon-
sulti utuntur, quas doctores
alternatiis legis ap-
pellant. Cap. XXI.*

- 1 Alternatua legis non seruat suam naturam, secun-
dum Doctores, sed contrà. num. 2.
- 2 Iurisconsultos disiunctionis naturam optimè cognoscere.
- 3 In l. vbiunque. ff. de fideiussoribus. doctorum opinio non probatur.
- 4 Neque in l. Quintus Mutius. la 1. ff. de auro,
& argento legato. & eius intellectus numero 6.
- 5 Intellectus l. fundi venditor. §. 1. ff. de acqui-
ren. possess.
- 6 Qui non prohibet, dum potest, permittere vide-
tur.
- 7 D. Couarruias plusquam doctor venerandus.
- 8 Intellecitus. l. emptor. C. de euictionibus.



E G I S. † Alternatiuam suam naturam non obseruare, sed sàpè in copulâ con-
uerti, sàpè non posse in alterutra parte effectum fortiri, plurimi ex nostris doctoribus fa-
tentur,

tetur. Idq; tradit Bart. in l. si is qui ducenta. §.
vtrum. ff. de rebus dubijs. num. primo. & tra-
diderat anteà Cyn. in l. cum quidam. numer. 4.
C. de verbo. signific. Conuerti autem in copu-
lam aliquando, prout subiecta materia requirit, non inficiabor; id enim nobis Paul. in l. sàpè. ff.
2 de verborum signific. attestatum reliquit. † At
in alterutra parte effectum fortiri non posse, &
effecisse aliquando Iurisconsultos disiunctiuam,
quæ vel Grammaticis risui foret, mihi suaderi nō
3 potest. Planè enim illos, qui, (liceat mihi hoc
tantis viris tribuere) melius Philosophis ipsis, di-
siunctionis naturam cognouerunt, absurdè ea vfos
fuisse fateri, iniquum quidem videtur. Quare in
legibus etiā id eos obseruasse, est sanè nobis con-
cedendum; cum nihil sit, quòd in contrarium
nos moueat. Primò namq; id doctores probant
4 per l. vbiunque. ff. de fideiussorib. † Vbi in
secunda parte disiunctiuam verificari non posse
affirmant. Rectius tamen profectò id negat ibi-
dem Cumanus, probans in secundo etiam disiun-
ctionis membro legem illam esse veram, aliquan-
do posse; legem expressam ad id allegans, vbi in
summa id fassus est Bart. quæ est penul. ff. de
5 prætor. stipulat. † At insistent doctores ex l.
Quintus Mutius. la 1. ff. de auro, & argento le-
gat. In cuius intellectu, si liceret contra Pom-

ponium Iurisconsultum aliquid dicere, planè assererem eum optimè annotasse verba Scuolæ in principio, siue oblitum, obiectionem proposuisse. Etenim verè in exemplo Scuolæ locum haberet demonstratio illa, quod eius causa paratum esset, ad minuendum legatum. Namq; vas, ibi Quintus M utius, & vestimentum figuratè accepit pro plurali, vt explicat satis adiectio illa, quod eius causa: Tum quia vestis, an vestimenta legentur, nihil refert, vt inquit Vlpianus in l. vestis. ff. eodem titulo. † Sed stò legem omnem, & Pomponium defendendum: nihil tamen contra disiunctiuam, sed potius pro eius natura, arguit Pomponius, ponitque differentiam inter demonstrationem, quæ generali legato adiicitur, & quæ speciali; vt illa minuat legatum, hæc minimè: quod omni iure receptum est. † Maiorem autem difficultatem faceret. l. fundi vendor. §. 1. ff. de acquir. posses. quam tamen ipsi pro se non afferunt: vbi sic ait Pomponius, qui adhuc nobis contraria diluenda suppeditat, Item si amicus venditoris, mortuo eo priusquam id sciret, aut non prohibentibus hæredibus id fecerit, rectè possessio ei tradita erit: sed si id fecerit, cum sciret dominum mortuum, aut cum sciret hæredes id facere nolle, contrà erit. Vbi vides repugnatiā, si in vtroque casu alternatiuam suam natūram

ram

ram seruare dicas. Quæ etiam verba maximam aliam patiuntur difficultatem, ex communi illa regula, quod mandatum expirat in morte mandantis. Si autem doctorum obseruatio de alternatiua legis nobis recipienda foret, facillimum esset primè difficultati satisfacere, cum Bartol. ibi, & doctribus: quod in secundo ibi casu disiunctiuam vertetur in copulam, ne contineret repugnantiam. Attamen hæc differentia alternatiuarum, tū et mihi non placet generaliter; tum & ibi præcipuè inconstantia, ne dicam inscitia, argueret Iurisconsultum; qui duabus tantum lineis variè eadem distinctione contra naturam vteretur. Quare dicendū est & ibi, sicut & alibi ferè semper, naturā suam alternatiuam retinere, & in qualibet parte verificari. In primo enim casu, & membro patet; si enim ignorans morte tradidit possessionem, rectè tradidit. In secundo etiam eiusdem priuæ alternatiuæ membro, non prohibentibus, id est permittentibus hæredibus; quam interpretationem ratio ipsius dispositionis suadet. † Tum etiam quia, qui sciens non prohibet, dum potest, nedum permettere, sed mandare videtur, vt expressissimis verbis Vlpianus probat in l. semper qui non prohibet. ff. de regul. iuris; nihil mirum si non prohibentibus, pro permittentibus accipiamus, cum æquualeat non prohibitio permissioni. In se-

V 2 cun-

cunda etiam alternatiua , verificatur illa semper ; Verum enim est eum non rectè tradere , si mortem mandantis sciat ; non inquam rectè tradere , hac ratione , quòd non repugnat secundo membro prioris alternatiuæ . Nam nihil habet repugnantia , eum rectè tradere , permittentibus , seu non prohibentibus hæredibus ; & malè tradere , si sciat mortem , hac ratione ; nisi nempè ei aliud accedat , quod est secundum illud membrum , scilicet hæredes permittere . Quod etiam secunda secundæ alternatiuæ pars , non parum aperit ; nempe non rectè tradere , si sciat hæredes id eum facere nolle . Quem intellectum verissimum credo , licet parum aliter , dum idipsum probare intendit , explicauerit Petrus Stella in repet . l . Papinianus . ff . de public . in rem act . à numero 35 . Vbi secundam , quam proposuimus difficultatem rectè explicat , explosa communi doctorum calculo recepta sententia , quòd mandatum , morte mandantis , tunc finitur , quando non processit ex causa necessaria , vt in illa lege . Explicat rectè ille tamē illud Pomponij responsum , prout iacet , in possessione intelligens ; quem vt probem , præter rationes , quas ibi latè tradit , mihi suafit , quòd ei subscribat locupletissimus mihi , & fidelissimus testis , † D . Couar . in lib . practicarum . q . c . 11 . nu . 1 . & 2 . Vbi hanc quæstionem ex professo examinat ;

minat ; qui vñus mihi plusquām Doctor est , & penè ex antiquis illis Iurisconsultis . At demum , vt ad rem redeamus , pro illa doctorum sententia , & alternatiua legis non disiungenda , quam improbamus , obijcet nobis aliquis communium opinionum defensor . l . emptor . C . de euictionibus . † Vbi Imp . Alex . rescripsit , quòd si agente aliquo de euictione , in iudicio emptor non afferuit ; aut præfens per iniuriam victus est , absente auctore , vel fideiussore , regressum aduersus eum non habebit . Ergo si præfente auctore id factum fuerit , dum sit absens fideiussor , idem erit ; vt si alternatiuæ naturam seruandam dicam , planè afferendum mihi est . At id inhumanum videtur , vt in d . l . emptor . attestatur Fulgosius : & est contra l . Herenius . § . Caia . ff . eodem titulo de euiction . Tandem ergo , aut hoc afferere , contra ius , & æquitatem ; aut alternatiuam legis , iuxta doctorum sententiam , non seruare alternatiuarum naturam , fateri oportet . Quod tamen ego non faciam ; neque d . l . emptor . ad id me coget ; vbi id necessarium non est , sed tantum considerare nos effectum illius alternatiuæ , qui est , quòd alter eorum sit præfens : auctor nempè , aut fideiussor ; vt ad oculum patet . Non ergo inde illud sequitur , est præfens auctor , & non fideiussor , ergo non habebit regressum . Sed illud sanè rectè colli-

colligitur, non est absens auctor, ergo habebit, non econtrà: vt ex doctrina illa Proculi, circa naturam disiunctiarum, quam cap. 20. suprà proximo explicauimus, satis patet; quod in censendis harum dictionum varijs assumptionibus, primas partes habere debet: vt non sit necessarium, contra ipsarum vim, & naturam explicare, vt absurdè interpretetur; quod fiet quidem, si in legum ipsarum contextu, quæ hoc præcipue requirunt, fallere supradictam regulam concedamus. Quæcum certissima sit, non erit opus probare eam in legibus etiam esse verā. Sed contraria, quæ opponuntur, dissoluere, fuit opus: quod iam (neque vt credo malè) præstitimus.

*De usu huius dictionis, siue, aut seu,
ad intellectum. L. si quis ita. ff. de
auro, & argento legato.
Cap. XXII.*

² *Dictione seu, vt verè alternativa utuntur Iuris-
consulti, eaque verè disiunctiva est reputanda. nu-
mero tertio. nisi in quibusdam casibus, num. 4.*

 *T* si de nomine, & parui momenti quæstionem hanc iudicabūt, alienorum scriptorum calumniatores, ex ea tamen ali-

aliquorum iurium pendet intellectus: & in practica etiam, circa interpretationem maioratum, rescriptorum, & aliarum rerum, quæ aliquando latinis verbis concipiuntur, quandoque proderit; ad Hispanum enim eloquium nihil iuuabit, quia nō habemus dictionem, quæ huic specialiter equualeat. De qua tamen penè axioma est, esse dictionem ampliatuam: quod ex Pauli responso in l. si quis ita. ff. de auro, & argent. legat. doctores astruunt; Vbi ita interpretatur Barto. & ipse idem in l. si is qui ducenta . §. vtrum. ff. de reb. dub. & in rub. C. de nauicular. lib. 11. Cum quo alij plures doctores id securè attestantur. At mihi lege illa non probatur, neque de natura illius dictionis, siue, aut, seu, esse concedendum est. † Primò namque in d. l. si quis ita. vt non alternatiuam, iuxta eius naturam, dictionem iudicaret Paulus; siue verius eam, et si disiunctiuam, non alternatiuè distribuere, vt responderet, illud suafit: quòd ibi non fuit interposita disiunctio inter res legatas, sed inter demonstrationem, quæ neque falsa, nedum incerta, aliquid noceret. Cum igitur non cadat inter res legatas, nihil mirum, si debeatur omne illud, quod legatum est; cum, vt inquit Paul. dictio illa, ampliandi gratia, interpolata sit; quod si esset de sua natura, non ex eo, quòd ibi ampliandi gratia interposita decideret.

† Qua

- 2 † Qua dictione, vt verè alternatiua, vti səpissimè Iurisconsultos, probatur planè in l. 1. §. sublata. ff. ad S.C. Trebell. & melius in l. generaliter. C. de instit. & substitut. in cuius intellectu nos infrà in c. 33. latius immorabimur. At quod ad nos attinet, dictione siue, vt disiunctiuia, vti Iustinianum sat fuerit monuisse: dum ait, & ipse, vel ipsa liberos sustulerit, siue nuptias contraxerit, siue testamentum fecerit; quid enim ibi ampliandi causa posuisse Imperatorem fatebimur, cum disiunctiuè disponat? Probatur id demum in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condic. indebit. Ibi, siue nauis ex Asia venerit, siue non 3 venerit: † esse enim eam disjunctionem, ipsius argumenti ratio suadet, ex his, quæ suprà in c. 14. annotauimus. Quare mihi recipiendum non videtur, quod de hac dictione Bart. generaliter asserit; & multò minus quod Nicol. Valla, de reb. dub. tractatu. 1. nume. 9. cum Alexandro, ab Alexandre libr. 2. dier. genial. c. 5. probat, cum quis fundum, seu ædes filiæ legat, omnia deberi. Tunc enim cum dictio, seu, inter res legatas sit posita, iuxta naturam suam, disiunctiuè erit interpretanda. Namque dicta l. si quis ita, aliter, vt diximus, intelligenda, nihil est quod in contrarium nos moueat, vt à vera eius dictioñis, & genuina significacione recedamus: qua, vt verè di-

- disiunctiuia, vti Iurisconsultos iam monuimus.
4 † Neque sanè aliter est interpretandæ, nisi aut interdictiones, siue res synonimas posita sit, vt vt suprà. 20. in princip. præuidimus; aut subiecta materia aliud poscat, in qua non verba, sed res ipsa attendenda est.

*De intellectu. L. 1. ff de rebus dubijs.
Cap. XXIII.*

- 1 Alternatiuam debere inter similia collocari, salsum.
- 2 Periculose plures apud doctores allegationes.
- 3 In dubio non censetur maxima differentia in pretio rerum alternatiuè promissarum.
- 4 In legatis, nisi verba referantur ad heredem, legatarij est electio.
- 5 Intellectus. l. cum res. §. sed etsi Stickus, versitotiens. ff. de leg. 1.
- 6 Nullæ sunt differentiae legatorum.
- 7 Ex differentia, quæ non est, non potest sumi differentia ratio.
- 8 Non semper secura est iurium allegatio cum doctribus.

VM Papinianus in l. 1. ff. de reb. dub. quæstionem dubiam absoluat, iuxta æquitatem, iurisque ciuilis regulas, eam doctores in reprobum sensum interpretantur, vt verissimas iuris positiones confundant. Primò enim ex hoc Papiniani responso colligunt, alternatiuam debere inter similia, vel parum distantia, † collocari; quod falsissimum esse ex ijs, quæ suprà. c. 20. de disiunctuarum natura obseruauimus, satis appetet. Id tamen colligunt glof. plures, quas refert, & sequitur præter alios, Hippolitus in rub. ff. de fideiussorib. num. 32. qui etiam affert in eius sententiæ probationem. l. fin. §. cui dulcia. ff. de trit. vino, & oleo legato.

2 † Ex quo appetet, quæm periculosa sit apud doctores allegationum, (vt ita dicam) luxuries; cum lex illa planè loquatur in copulariu, in qua etiam neq; id reciperem. Sed cum ab hac opinione iam desciuerint aliqui, inter quos præcipue id Ioannes Crot. impugnat in l. 4. §. Cato. de verb. oblig. mihi tantum erit animaduertendum, ex d. l. 1. id non probari: vbi ex ortu obligatio-
3 nis colligitur præsumptio verissima iuris; † nō scilicet debere maximam esse distatiam in pretio rerum alternatiuè promissarum. Cum enim promittam hoc, vel illud, siue legem, satis appetet valorcm (vt ita dicam) non esse dissimilem: quan-
do

do nempè sumus in coniectura, & dubia est pro-
mittentis, aut legantis voluntas, de quibus dubijs
in illo titulo. Si verò sine dubio, & apertè appar-
ret esse dissimilem; non ob id vitiatur alternatiua,
quæ tam inter similia, quæm inter distatia, & pro-
prijs inter contraria collocatur. Vnde illud de na-
tura eius non est, quod affirmant plures ex no-
stris, quod appetet in specie. l. Lucio Titio. ff.
de leg. 2. Quis enim negaret differentiam esse
maximam in pretio rei, & vsusfructus eius, nec ob
id tamen inutile fit legatum rei, vel ususfructus
sub alternatiua reliquum? Alterum, quod probari
putant aliqui in eadem l. 1. contra plurima alia
iura, & constitutissimam sententiam; est illud,
quod ibi in legato alternatiuo hæredis electionem
esse, probet Iurisconsultus; cum contra potius iu-
dicandum sit, ex regula illa generali, † quod in
legatis, nisi verba referantur ad hæredem, quia
tunc ipse eligit, legatarij est electio; iuxta tradi-
tionem illam celebrem Glofæ, in l. Lucio. ff. de
leg. 2. Quam præter Bart. & doctores ibidem,
recipiunt, & venerantur doctissimus Couar. in c.
indicante. numero 3. de testament. & Ant. Go-
mez. 2. tom. variarum. c. 11. num. 43. ne-
que multum abhorrentem à regula illa generali,
quam circa electionem tradidit Vlpianus in l. cū
res. §. Sed si Stichus. ff. de legatis primo,

, Ibi, totiens enim electio est hæredi committen-
da, quotiens moram non est facturus legatario.
Nam cum res futura sit legatarij, vbi elegerit, ex
l. apud A ufidium. ff. de opti. legata . quæ futu-
ra erat semper , nisi à principio incerta , ex l. si
tibi homo. §. cum seruus. ff. de legat. i. hoc ius
ei tolleretur , & rei vindicatio , quam haberet , si
non ei electionem concedamus. Quod planè di-
ctæ Vlpiani regulæ aduersaretur ; non tamen si
ab hærede sumere iussus est, in quo casu præcipue
voluntas testatoris est inspicienda. Neque enim
ex differentia illa antiqua legatorum , differentiæ
ratio est assumenda ; † quia cum iam sint differen-
tiæ sublatæ, non video qua ratione sit accidens si-
ne subiecto. Si enim concedamus , (vt necessa-
rium est nos fateri) esse differentias illas à Iusti-
niano sublatas, in l. i. C. communia de le-
gat. † ex differentia , quæ non est, differentiæ ra-
tio nulla defumi potest ; nisi id referas ad testato-
rum præsumptam , imo non leui argumento de-
claratam voluntatem , vt fecit Cuiacius in fragm.
Vlpiani titulo 24. in verbo, optione autem lega-
ti: & nos suprà . Neque tunc ob differentiam le-
gatorum , sed ob testantis voluntatem id fieri , est
asserendum: quod tamen in d. l. i. ff. de rebus
dubijs. non seruari , ego non fatear : contrarium
planè ibi, si verba & decisionem simul attendas,

pro-

probatur. A gitur enim , an possit legatario fun-
dum Meuianum petenti, sub quo plures alij com-
prehenderentur , obijci exceptio , si non sit magna
differentia in pretio , & Meuianum separatim da-
re posse: eum nempe , quem iam elegerat ; neque
enim video aliquid , quod contrarium suadeat.
Qua quidem consideratione, ibi non probari , q
quidam aiunt , planè videbis : sicut non probari
illud de alternatiua dissimilia non disiungente,
8 iam animaduertimus , † vt non semper secura sit
iurium allegatio cum doctoribus , nisi prius-
quam id facias satis perpendas.

*De alternatiua negatiua, ad intelligen.**L. si is qui ducenta. §. cum ita.**ff. de rebus dubijs.**Cap. XXIII.*

- 1 *Alternatiuam negatiuam non seruare disiunctionis naturam , falsum.*
- 2 *Doctrina Proculi in materia alternatiuarum , regula lesbia , & eius effectus . num. 3.*
- 4 *Alternatiua negatiua effectus . item affirmatiua , numero. 5.*
- 6 *Contrariorum eadem est disciplina contrarie.*

Tot

 Ot sunt iura, quorum intellectus ex cognitione alternatiæ pendet (quod suprà in c. 20. præuidimus , & interpretanda promisimus) vt cogar in hac materia latius, quam par esset , immorari , licet & hoc sit non ab instituto alienum. Cum enim constitutum sit, & planè de eius natura, disiunctiuam in qualibet parte verificari , eique satisfieri , si in alterutra parte effectū sortiatur ; id in alternatiua negatiua recipiendum non esse , † probant aliqui ex nostris , & præcipue Abbas Panormitanus , sub cuius autoritate, & alij plures decipiuntur : id probantes ex Iuliani responso, in l. si is qui ducenta. §. cum ita. ff. de reb. dub. Quod verius contrarium probat , vt iam alij, hanc exceptionem verissimæ regulæ abhorrentes, notarunt ; qui sunt Fe lin. & Decius , & præcipue Ioannes Imol . in c. inter cæteras. ad finem. de rescript. ex nouioribus enim nullus , quem ego viderim , (et si non incuriosè quæsierim) hac de re scripsit. Ili tamen et si vera docuerint , neque probarunt , neque regulam lesbiam in hoc casu adierunt, vt planè intelligerent . Tamen vt videoas nihil contrarium esse in d. §. cum ita. à l. si quis ita stipulatus. ff. de verb. oblig. cum similibus. ex quibus vera illa , & generalis regula de natura alternatiuum elicetur , Iurisconsultos in eisdem legibus vt audias ,

audias , necesse est. Inquit enim Sceuola in d. l.
 1. si quis. at econtrà (si promittam putà) dabis si
 2. nauis non venerit , aut Titius non fuerit consul
 3. factus , sufficit vnum non factum . Et Iulianus in
 4. dicto §. cum ita. ait , Nam cum ita concipio ,
 si illud , aut illud non fuerit , quæri debet , an ali-
 quid factum non sit. Quid hic est contrarietatis ?
 quod vnum ait , & alter affirmat , vt in confirma-
 tionem regulæ, quam tradiderat Sceuola , verba
 Iuliani afferri possint , non vt contraria. Neque
 in eo , in quo contrarios sibi esse aliqui som-
 niant , quidquam discordant , quòd vtrumque
 fieri Iulianus desideret . Tunc enim agit de ob-
 ligatione non inducenda scilicet , & de pœ-
 na fugienda , vt rectè Imola , vnicō penè verbo,
 annotauit. At Sceuola vnum non factum requi-
 rit , vt obligationem inducat ; quod idem Iulia-
 nus in pœna incurrenda afferit . Ut verò hæc om-
 nia rectè intelligas , recurrentum erit ad doctrinā
 2. Proculi in l. † hæc verba. ff. de verbor. signifi-
 3. fic. quam suprà. c. 20. explicauimus , & hoc ca-
 pite regulam lesbiam nominabimus : † ex qua in-
 telligere poteris omnia , quæ tibi circa disiuncti-
 uarum naturam dubia videbuntur , vt fatis exilla,
 4. & hac animaduersione cognosces. † Cum ergo al-
 ternatiua negatiuè concipiatur , vt videoas , an com-
 mittatur obligatio , eam ad Syllogismum reduci-
 to ,

to, subdisiunctiuarum Proculi species præ oculis habens. Si enim promisi tibi decem, si nauis nō venerit, aut Titus non fuerit consul; sic inferes, sed nauis non venit, ergo es mihi datus. Nam econtrariò, si negatiua etiam inferas, nihil ages; vt si dicas, sed nauis non venit, ergo non est mihi datus. Nam huius effectus est, vt vtrumque fiat; nempe vt obligatio non committatur, quò tendit omnis Iuliani questio. Ut ergo id concludas, sic est inferendū; sed nauis venit, & Titus est consul factus, ergo non sum ad dandum obligatus; quia si aliquid non euenit ex ijs, quæ vt fierent comprehensa sunt, es planè astrictus: sicut & in affirmatiua disiunctiua econtrariò euenit.

¶ Nam si promisit Titus decem, si nauis venit, aut Seius sit factus consul; ad hoc vt illi sit opus promissum adimplere, sufficit vnum factum: inferes ergo sic rectè, sed nauis venit, ergo est ad dandum obligatus. Quod si obligationem effugere velit, non sic inferet, sed nauis non venit, ergo non sum obligatus; quia potest id non euenisse, Seium tamen fuisse consulem quod sufficit. Ita ergo non erit astrictus, si neq; nauis venit, neque Seius fuerit consul; sicut in negatiua vtrumque accidisse desideramus cum Iuliano, in eodem §. cum ita. qui haec omnia egregiè explicat, cui doctores tenebras potius, quam lumen suis scripsit

¶ ptis offuderunt. ¶ Etsi enim contrariorum sit eadem disciplina: contrariè tamen est eadem, vt regula eadem sit ad contraria, attamen id contrariè eueniat. Vnde ex vna, & eadem regula vtrumque Iulianus elicit: quia nempè omnia comprehensa sunt ad non obligandum; vt fierent nempe, aut non fierent. Tunc sumitur ex vniuerso significatio, & requiritur vt vtrumque fiat, aut non fiat pro modo enunciationis. At si queras de obligatione inducenda; tunc cum sumatur ex aliquo significatio, sufficit vnum non factum in negatiua; factum verò in affirmatiua, vt optimè illic Iurisconsultus nos docuit. Nihil est ergo in illa lege, quod nobis aut contrarium alteri, aut minus verum in se reputandum sit; cum omnia ibi Iulianus miro ingenio ad generales regulas reducat, & iuxta subdisiunctiuarum naturam explicet.

*De intellectu. L. si is qui ducenta.
S. Item si pater. ff. de reb.
dub. Cap. XXV.*

*1. Regulari debet substitutio ad modum institutionis.
Item & fideicommissum. numero 2.*

Y
Est

 ST nobis adhuc in explicatione eiusdem legis immorandum; diuersa tamen in quæstione, & §. Ait enim in l. si is qui ducenta. §. fin. ff. de reb. dub. Julianus, Si ita testator paterfamiliæ in testamento scriperit: Si quis mihi filius, aut filia hæres non erit, sit hæres Seius: tunc Seium fore hæredem, si neque filia, neque filius natus fuerit. At si regula disiunctiarum est recipienda, iuxta ea, quæ in animaduersione suprà proxima docuimus¹, aliter erat dicendum: quia cum sit negatiua disiunctiuua substitutionis, sufficeret vnum non factum, filium scilicet non fuisse hæredem, ad hoc vt substitutus admitteretur. Quare Accursius id euenire propter votum parentum, & liberorum fauorem asserit, vt in l. generaliter. C. de insti. & subst. quod & alij eo non relato probant. A quo cum recedat Bart. in extraneis idem esse interpretandum affirmat, iuxta disiunctiuæ ipsius naturam; acutè quidem istud, non tamen recipiendum. Nam si ex natura alternatiuæ id esset, ex regula iam tradita inferret Iurisconsultus, vt in simili facere solet; attamen non ex hoc, sed ex benignitate id respondit. Vnde variè hoc Juliani responsum interpretantur doctores; alij cum Accursio referentes ad l. generaliter. alij explicantes in filijs nascituris ob verbum genitus, quod latè tradit (ne in his

his transferendis præter consuetudinem morer) Fabius in repetitione l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. num. 59. His tamen omnibus omissis, à sententia Iurisconsulti verè alienis, animaduertendum erit, verba testantis dubia interpretari Julianum; quod ipse attestatur, dum ait, non satis voluntatem suam declarauit testator; posset enim quis in proposito themate varie argumentari. Nam cum sit substitutio, vt diximus, facta ex alternatiua negatiua, si alterum non esset, locum haberet substitutio. At pro contraria opinione, scilicet vt et si filius non fuerit natus, si sit nata filia, aut econtrà, non sit locus substituto, est æquitas, & fortissimum argumentum; 1. † nempè quòd regulari debet substitutio ad modum institutionis, vt planè mihi probat elegantissimum Sceolæ responsum in l. Lucius. la 2. ff. 2. de hæred. insti. † sicut ad modum institutionis etiam regulatur fideicommissum in l. quotiens paterfamiliæ. ff. ad S. C. Trebell. atque in proposita specie, verè filius, aut filia institutus habeat. Ita vt verbis præpositis, iuxta naturam eorū, & alternatiuæ affirmatiuæ, alter tantum reperiatur institutus; et si dubitationem facere posset substitutionis modus, procliuior tamen est sententia, & æquitati magis consona, vt substitutus non admittatur, nisi omnibus deficientibus, vt verè in-

certus morientis exitus substitutionis finem concludat. Namque licet substitutio per se aliud suadeat, iuncta tamen eum institutione, sic est reetiùs explicanda. Qui mihi germanus huius responsi intellectus iudicatur, quo perspecto, nihil obesset, si iuxta Bartoli opinionem, idem in extraneis recipiendum esse affirmemus; hoc maximè tempore, quo habemus efficacissimum argumentum ex l. Generaliter. in fin. principij. C. de instit. & substit. in illis verbis, Quo exemplo etiam alijs personis, licet extraneæ sint, de quibus hujusmodi aliquid scriptum sit, medemur. Neque tamen ob id putas me reincidere in opinionē eorum, qui iuxta fauorem liberorum, & d. l. Generaliter. hoc responsum intelligunt. Nam & in illa lege fauorem tantum liberorum attendi, mihi non probatur. De cuius intellectu infrà in c. 33. latius agam. Quæ omnia si perpendas etiā in praxi, sicut in scholis vñui futura, non me reprehendes, quòd in huius materiae ad tot iuriū interpretationē necessariæ explicatione, diutiùs sum immoratus. Est enim necessaria per se, & ab omnibus nescio an obliuione, aut difficultate perterritis; an etiam quia occasionem non haberunt, verè omissa; quæ mihi vt omittetur indigna visa est: vtilitate enim, siue difficultatem respicias, penè nulli cedit.

De

De differentia domini, & proprietatis.
Cap. XXVI.

- 1 *Differentia Domini, & proprietatis generaliter non potest constitui, & num. 10.*
- 2 *Proprietas idem quod Dominium, & num. 3.*
- 3 *Proprietas aliquando est id, in quo dominium habemus.*
- 4 *Proprietas opponitur usufructui; & tunc plerique proprietas nuda appellatur. num. 6.*
- 5 *Dominium quid.*
- 6 *Dominium potestatem in seruos, & alia significat, numero 9.*



Vm quid inter Dominium, & proprietatem interesset, quæstio sit antiqua, varij in ea varia dixerunt: & nouissimè Ioannes Parlador, in suo rerum quotidianarum libro. c. 4. extra omnes, & contra antiquos se nouè considerasse ait, dominium esse ferè semper cum usufructu sumptum; proprietatem sine usufructu, illique relatiuorum instar oppositam. Contra quem iure possum optima illa Auli Gelij verba libr. 7. noct. Atticar. c. 17. ad fin. posita, mihi vindicare; quòd qua ille iurisperitus diffe-

„ differentia vſus eſt, ea videtur in verbis tam mul-
 „ tiplicib⁹, vnam tantummodo eorum vſurpatio-
 „ nem notasse : quæ quidem congruit cum signifi-
 catu, quo Pomponius vſus eſt in l. ſi vſusfructus.
 ff. de iure dotium. & alibi aliquando Iurisconsul-
 ti. Vnde illa Parladori differentia mihi non arri-
 det, ſicut neque vlla ex hijs, quæ doctores per
 eum relati genera conſixerunt. Noui enim pro-
 prietatis nomen variè Iurisconsultos accipere. Qui
 ergo ſine diuifione nominis, quod nō ſemper idē
 significat, differentiam eius eum alio explicare
 voluerit, non parum equidem aberrabit. † Vt
 videas ergo differentiam ita generaliter non po-
 ſe inter dominium, & proprietatem constitui, au-
 di Iurisconsultum Caium in l. qua ratione. §. Itē
 ſi quis. ff. de acquir. rer. domin. agentem de re-
 rum dominio, & de eo adquirendo ſic dicere;
 mercium in horreo depositarum venditorem fi-
 mulatque claves tradiderit emptori, transferre
 proprietatem mercium ad emptorem. Et iterum
 in incertam personam, qui miſilia iactat in vul-
 gus transferre proprietatem. Quod eisdem ver-
 bis Iustinianus repetit in §. Item ſiquis. & §. hoc
 amplius. Instit. de rer. diuif. At quis dicet ibi pro-
 prietatem ſine vſufructu transire? quod ſi verè
 proprietatis nomine ſemper intelligamus nudam
 proprietatem, quæ opponitur vſufructui, id di-
 cen-

cendum eſſet. At ego aliter dicendum existimo,
 cum variè proprietatis vocabulo vtantur Iuriscon-
 ſulti. † Eſt enim aliquando proprietatis idem quod
 dominium, vt præter Caium vbi ſuprà, probat
 apertè Neratius in l. ſi procurator. & Julian. in
 l. cum in corpus. ff. eodem titulo. de acquir. re-
 rum domin. neque aliud reſonat totus ille titu-
 lus. Vnde dominium rei proprietatem appellat
 Cuiacius in parat. ad eundem titulum; & iterum
 dominium nihil aliud eſſe, quam proprietatem
 rei existimat, in lib. 10. obſeruat. c. 16. & ecō-
 trà, nihil aliud eſſe proprietatem, quam dominiū,
 arbitratur Duarenus, lib. 2. disputat. annuers.
 c. 17. licet & iſtud non ſit generaliter recipien-
 dum. † Eſt etiam aliquando proprietas, illud,
 in quo dominium habemus; & hinc proprietatis
 dominium appellat Iurisconsultus in l. ſi tibi. ff.
 quibus modis vſuſ. amittatur. & Imperator in l.
 4. C. de probationib. quas ſic intellexit Pinellus
 in l. 1. C. de bonis mater. 2. part. numero 7.
 ſicut etiam & possessionis verbum pro iſpis rebus,
 in quibus dominium habemus, ſæpè optimi auto-
 res vſurparunt. † Demum proprietas opponitur
 vſuſfructui tamquam illius correlatiua; ita vt vſuſ-
 fructus eſſe non poſſit, niſi respectu proprietatis,
 quæ abeſt; & hoc modo ſumpta proprietas non
 ſit, niſi respectu abſcedentis vſuſfructus. Qua ra-
 tio.

tione, & in hac tantum proprietatis usurpatione,
 6 recipienda est Parladori differentia ; † licet tunc
 proprietas non simpliciter, sed nuda proprietas
 appellatur, vt in l. videamus. ff. de usuris. in l.
 4. ff. de iure dotium. sicut plena proprietas, quan-
 do abscedens ususfructus consolidatur, nuncupatur,
 in l. cum in fundo. ff. de iure dotium,
 7 † Dominium verò generalius dicitur circa id om-
 ne, in quo nobis aliqua potestas est, vt annotauit
 Petrus Gregorius, in Syntagm. iur. lib. 1. c. 12.
 numero 3. vel proprius facultas, vt voluit Soto li-
 bro 4. de iust. & iur. quæst. 1. artic. 1. † Tum
 dominium appellatur potestas in seruos, in l. po-
 testatis. ff. de verb. signific. & in l. 1. §. po-
 testatis. ff. de peculio. Vnde est aliquando domi-
 nium (vt notat vbi suprà Soto) correlatum ser-
 uitutis, sicut sunt correlativa dominus¹, & seruus.
 9 † Appellatur etiam dominium ususfructus, in l.
 4. ff. de usufruct. sicut & proprietatis, in d. l. 4.
 C. de probation. vt videre liceat dominij quoque
 appellatione generaliter vti Iurisconsultos. Vnde
 non sunt omnino probandi, Cuiacius, & Duarenus
 vbi suprà, qui dominium per proprietatem,
 & econtra describunt: id enim licet plerumque ve-
 rum sit, non tamen generaliter asserendum. † Ex
 quibus omnibus cognosces dominij, & proprie-
 tatis differentiam generaliter dari non posse, ni-
 si

si inter vtraque nomina distinguas. Vbi autem
 videris quid dominij appellatione, quid etiā pro-
 prietas, in propositis iuribus intelligatur (quod
 ex subiecta materia cognoscere non erit diffi-
 cile;) Tunc facilè ex his differentiam cognosces;
 in qua generaliter dignoscenda, præter inanem
 laborem, nihil assequeris.

*De intellectu. L. Pupillus. ff. de acquir.
 rer. domin. Et an una sit possessio,
 aut duplex. Cap. XXVII.*

- 1 *Jurisconsultis nulla alia possessio, nisi aut corporalis,
 aut naturalis, aut iusta, quam doctores civilem
 appellant.*
- 2 *Omnis possessio à natura est, Et de iure gentium,
 Et num. 4. Et 6.*
- 3 *Interpretatio l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren.
 possess.*
- 4 *Iusti appellatio, ius gentium, seu naturale defi-
 gnat.*
- 5 *Possessio iusta etiam, Et iurisgentium in animo pos-
 sidandi consistit.*
- 6 *Vnica est vera possessio, eaque iuris gentium à iu-
 re civili approbata.*
- 7 *Possessio corporalis, qua ratione naturalis appellatur.*

10. *Omnis iusta possessio ex dupli ratione consistit.*
11. *Nulla possessio vera sine ratione iuris , & corporis verè , vel fictè.*
12. *Intellectus . l. 8 . titulo septimo , lib . 5 . compilat .*

PVILLVM sine tutoris auctoritate possestionem amittere non posse , quæ est naturalis , vt Sabinianis visum est , probat Martianus in l. pupillus . ff. de acquiren. ref. domin. Cui contrarius Vlpianus , in l. possesstionem . ff. de acquir. posses. sic ait , possesstionem pupillum sine tutoris autoritate amittere posse constat ; non vt animo , sed vt corpore desinat possidere , quod est enim facti , potest amittere . Quam difficultatem cum disoluat Accursius , quod Martianus de possesstione iuris , Vlpianus de possesstione facti , & detentione , vt vocat , asinina loquatur , mihi probari non potest , si non aliter intelligatur , quam ipse fecit . Namque possesstionem appellat eam Iurisconsultus in d. l. possesstionem . quam tantum detentationem , possesstionem appellare Vlpianum non cōcedam , t̄ cui nulla alia possesstio cognita est , nisi aut corporalis , quam naturalem vocant ; & iulta , quam doctores nostri ciuilem appellant . Si verò de corporali loqui Vlpianum affirment , quod planè est dicendum , illa eidem est possesstio naturalis : Vnde stare

stare non posset Martiani responsum . Et si cum A zone vnicam esse possesstionem , eamque naturalē dicas , omnem conciliationem excludes . Nam cum vnicā sit possesstio , & alter affirmet , alter neget possesstionem amittere posse , econtrariò pugnabunt . At si demum nouam Parladori sententiam amplectaris ; quam tradit in suo rerum quotidianarum lib. c. 9 . quod vnicā sit possesstio , eaquæ ciuilis : frustrà in his responsis conciliandis laborabis . Etenim possesstio , de qua Martianus , naturalis appellatur , non ergo ciuilis . Vlpianum autem de eadem naturali loqui , plusquam manifestum est . Qui ergo , ex his tantum possesstionis diuisionibus , huic difficultati satisfacere posse sperat , nunquam contrarium effugiet . Erit igitur animaduertendum , Martiane de vera possesstione agere , quam amittere non posse pupillū , merito affirmat , dubitandi rationem insinuans , sub illis verbis , quæ est naturalis . Erat igitur dubium , quod videbatur pupillum amittere posse , ex hoc , t̄ quod omnis possesstio à natura sit , siue de iure gentium , etiā si eam ciuilem dicas : quod planè probabis , si consideres verba Iulij Pauli in l. i. ff. de acquir. posses. vbi dominium , quod est de iure gentium , vt probat apertè Iurisconsultus in l. ex hoc iure . ff. de iustitia & iure . à possesstione ortum habere ait ; vnde & possesstio eiusdem

dem iuris appellanda erit , argum . l . manumissiones : ff . eodem titulo de iust . & iure . Tum etiam quia possessio à sedium positione appellatur : quo insinuat Iurisconsultus in d . l . 1 . eam ab occupatione ortum habere , quod omne est de iure gentium . Si verò id de naturali (quam vocant) possessione explices , id est , detentatione ; videoas ne Iurisconsultum arguas , compilatores tacens incep-
 pes , & pandectas planè accuses . Quid enim incep-
 tiūs , quam possessionis tractatui , in medio iure
 ciuili , præponere naturalis possessionis , seu deten-
 tationis ethymologiam ? Quod planè idem Iuris-
 consultus Paulus affirmari non sinet : qui cū axio-
 ma proponat † in l . 3 . § . ex contrario . ff . de
 acquir . possēt . plures nempē eandem rem possi-
 dere non posse ; hoc ex illa sententia probat , quod
 contra naturam quippē sit , vt ego teneam , & tu
 quoque tenere videaris ; subdens non magis ean-
 dem possessionem apud duos esse posse , quam vt
 tu stare videaris in loco , in quo ego sto : aut in
 quo ego sedeo , & tu sedere videaris . Si autem
 propositionem , quam probat Iurisconsultus , de
 possessione naturali , id est de detentione intelli-
 gas , est planè absurdum , quod asserat simul duos
 in eodem fundo assidere non posse . Si verò de ci-
 uili , & probationem de naturali , malè cohæreret ,
 nihilque probatio sufficeret . Si ergo & probatio-
 nem ,

nem ; quod est verum , simul & conclusionem
 4 eiusdem iuris esse asseras , † videbis omnem pos-
 sessionem iuris gentium esse , & iustum etiam , in
 qua & corpus , & animus , & ius operantur . Hæc
 enim est , quæ meritò iusta à Iabolenō appella-
 tur , in l . quod seruus . ff . de acquir . poss . Nam-
 que si tantum possessionem naturalem , id est de-
 tentationem , de iure gentium esse dicas , quid ab-
 surdius excogitari posset , quam posse aliquem eo
 iure ex detentione sibi possessionem vendicare ,
 & rem ipsam : cum non solum eo iure necessa-
 ria fuerit possessio , ad primam illam occupatio-
 nem , quæ rerum diuisionem peperit , & dominio-
 rum distinctionē : sed & ad omnes effectus penē ,
 ad quos est iure ciuili necessaria ; alioquin neque
 eo iure contractus effectum sortirentur . Meritò
 ergo & eo , & omni iure receptum est , neque per
 se animo , neq ; per se corpore licere iustum posses-
 sionē acquirere ; sed animo & corpore . l . posside-
 ri in princ . ff . de acqu . poss . l . 1 . § . Sciuola . ff .
 si quis testam . liber esse ius . Quid enim credamus
 futurū , si iusta concedatur possessio ei , qui rem
 occupet ? quis non omnia apprehenderet solus , vt
 sibi haberet ? quid item esset futurum , si liceat ve-
 ram possessionem inde asserere , quod animo con-
 cipiāt quis rem tenere ? quis enim se vltra limites
 contineret necessarij usus ? quis non diceret , ego
 con-

cōcepi animo talē rem habere? Possessio ergo non tantum corporis est, sed etiam animi ; non tantum facti, sed iuris ; non tantum iuris ciuilis, sed etiam gentium. Vnde sicut & ciuilis appellatur, quia eo iure hæc tantum recepta est ; sic & nuncupatur iusta in d. l. quod seruus. † quæ appellatio ius gentium designat, seu naturale, argum. I. Stichum. §. naturalis. ff. de solut. circa quam nos id in c. 9. obseruauimus. † Neque enim video quid ius ciuale in huius approbatione, iuri gentium aut addidit, aut detraxit, vt illud ius mutet ; neque aliud ex appellatione illa possessio-
nisi ciuilis, & naturalis suadetur ; quæ tantum eò tendit, vt differat detentio à vera possessione. Vnde cum sit verè possessio iuris gentium, & naturalis, dubium fit Martiano in illa l. pupillus. q
pupillus possessionem amittere non posset, quæ & naturalis est, & iuris gentium ; quod ius non nouit differentiam inter pupillum, & adultum, si eius ætatis sit pupillus, vt intellectum capiat argumento l. 1. §. adipiscimur. ff. de acquir. posses-. Hoc tamen dubio non obstante, id deci-
dit ex eo, † quòd hæc possessio sit licet horum iurium, in animo tamen possidendi etiam consistit : & animo, vt ab Vlpiano constitutum est in d. l. possessionem. ipse amittere possessionem non potest, cuius animus ad amittendum legitimus non

non reputatur, cum ei ius ciuale (quod potest) meritò resistat ; licet quod est facti possit amittere, id est corpore non possidere, in quo nullam ius aliquod habet potestatē, ex l. 1. §. si vir uxori. ff. de acquir. posses-. † Ut autem pleniū intelligas vnicam esse possessionem, (quod Azonis sequaces satis probarunt) eamque iuris gentium, cooperante iure ciuali, quæ regulatur semper ex principijs naturalibus, & iuris gentium, quod Paul. in d. §. ex contrario. nobis probauit ; est animaduertendum alia possessionem (quæ rectè Parladoro detentio appellatur, quod agno uisse aliquos ex antiquis, & ipse Parladorus agnouit) † appellari naturalem, non ex eo, quòd altera naturalis non sit (id enim conuincitur ex Martiani responso, quod interpretamur) sed appellatur naturalis, quia habet quod est primum in possessione, à quo ipsa ortum habet ; scilicet occupationem, & detentationem. Quod quidem verba legum, quæ loquuntur de hac possessione, consideranti planè fiet palam : quæ tamen in iure ciuali possessio naturalis cum appelleatur, nullius est effectus, in facto tantum consistens, & in apprehensione facti non legitima. Non est autem possessio censenda, † quia ex duplice ratione, qua consistit omnis possessio, nempè corporis, & iuris, vt probat Constantinus Imperator in

in l. nemo. C. de acquir. poss. tantū habet corporis rationem, nihil verò iuris. Ex qua etiā constitutione, illud te fateri oportet, non rectè appellari possessionem, quam vnicam diximus verè ciuilem. Namque illa non erit possessio, quæ vtriusque rationem, id est iuris, & corporis, non habeat: quod si tantum iuris sit, non habebit rationem possessionis. Nam cum possessio ex dupli ratione consistat: sicut corporalis non potest constituere veram possessionem: ita & iuris non poterit, vt ex æquo illæ rationes in d. l. nemo. ad possessionem referantur. † Vnde numquam acquiri possessionem vlo in iure videbis, sine eo, quod ius, & corpus operentur; si non verè, saltem fictè. Nullo enim modo iuxta naturam possessionis, id fieri potest, vt ius tantum in ea sufficiat; nisi ius rationem corporis fictione suppleat. Vnde in possessione maioratus, quam ciuilissimā appellant, fingit lex possessionem successorem apprehendisse, & voluntatem transferre volentis institutoris sufficientem iudicat pro actu apprehensionis, quem non esse necessarium affirmat. Erit igitur illa verè possessio, quæ duplē hanc naturam habeat, siue fictione, siue veritate. Quod si non habuerit, non erit possessio appellāda, nisi aut corporalis, cum hac adiectione, quod possessio naturalis appelletur, visitato illo Iurisconsultorum

rum more, vt quam rem ciuiliter non reciperent, hoc nomine nuncuparent; sic obligatio naturalis appellatur, sic possessio naturalis. † Quæ cū sumiatur pro apprehensione, & occupatione, siue detentio facti, non contradicet legi Tauri, quæ est in noua compilat. l. 8. titulo 7. libr. 5. in qua possessionis naturalis appellatio, pro apprehensione vera, quam fingit, est interpretanda, sicut ciuilis pro ratione iuris; quod vtrumque requiritur in vera possessione. Non inquam contradicet, qui vnicam esse possessionem iuris gentium, & ciuilis, id est iustam asseruerit.

De exceptionum divisione, ad L.

3. ff. de exceptionibus.

Cap. XXVIII.

1. *Exceptiones sunt, aut dilatoria, aut peremptoria: & male doctores alias species addiderunt, numero 2.*
2. *Anomala exceptio est verè dilatoria.*
3. *Quid sit de natura exceptionum.*
4. *Dilatoria sunt verè exceptiones.*
5. *Nulla maior improprietas, quam impropriè diffire.*

7. *Mixta exceptio, & quasi peremptoria verè peremptoriae sunt.*



V M Vlpianus in l. 2. §. fin. Caius in l. 3. ff. de exceptionibus. † exceptiones perpetuas, seu peremptorias, & dilatorias, siue temporales esse affirment, nescio quid doctorcs nostri aliam diuisionē plures species comprehendentem comminiscuntur; cum si Iurisconsultus alter illam diuisionem traderet, alter istam, eos contrarios esse dicent, & in solutione querenda, non parum torquerentur; & sibi tamen licere putant, quæ nomonethis ipsis non liceret. 2. † Neq; etiam fuit necessariū, docendi gratia, has addere species; nisi eas referrent ad verā, & germanam Iurisconsultorum diuisionē, subdiuisionē facientes vtriusque membris. Namque si diuidendi regulas obseruare oportet, illa doctorum partitio nequit sustineri; quia si exceptionem aut dilatoria, aut peremptoriam, aut anomalam, aut mixtam, aut quasi peremptoriam esse dicas, omnino fateri te oportet, quòd sicut exceptio peremptoria non est dilatoria, ita & anomala; & sicut dilatoria non est peremptoria, ita & mixta, ita & quasi peremptoria; nō minus, quām faciens hanc diuisionem animalis in rationabile, & rationis exp̄s, rationis compos non esse irrationabi-

k

le est asserendum. Quod non parum etiam argueret Iurisconsultos mancam, & deficientem diuisionem facientes, si verum esset. A bsit tamen à nobis eorum calumnia; absit quoque quòd doct̄orū diuisionē verā esse confiteamur. † Anomala enim exceptio, quæ est excommunicatio, dilatoria verè est, vt apertè probatur in c. exceptionem. de exceptionibus. Neque tamen ex eo, quòd opponi possit post litem contestatam, ob animalium periculum, (vt ibi Pontifex inquit) naturam mutat. † Nam non est de natura dilatoriarum, quòd proponantur antè, vel post litem contestatam; sed tantum, quòd sint temporales, & ad tempus actionem excludant. † Q uod etiā sufficit ad hoc, vt verè exceptiones reputentur; quia dum sunt, verè actionem excludunt; vbi autem pereunt, nihil mirum si non excludant, cum sint non entis nullæ qualitates, argumento l. si seruum. §. fin. ff. de action. empt. Neq; enim recipiendum est, quod aliqui affirmarunt, verbū quali, in diffinitione illa exceptionum, denotare improprietatem; † nulla sane esset maior improprietas, quām impropriè definire. Excludunt ergo dilatorię actionem ad tempus, quod est de eorum natura: nam solemnitas illa iudiciorum à iure positiuo inuenta, de opponendis dilatorijs antè litem contestataim, eorum naturam non mu-

Aa 2 tat:

rat: quæ licet solemnitas in exceptione excommunicationis sit sublata, non speciem alteram eam constituere, est afferendum. † Quam verò illam mixtam vocant, licet eo tempore dubia sit, peremptoria tamen reputatur & in l. sufficit. vbi id notat Bart. ff. de conditione indebit. Quasi peremptorias autem peremptorias esse, nulli (vt credo) dubium erit, si peremptoriarum distinctionem consideret, quæ tantum peremptorias, aut non peremptorias constituit. Quia tamen hæc omnes habent quid extrinsecum, & in sua specie particulare; qui rectè docendi rationem teneret, ad tractatum dilatoriarum, aut peremptoriarum hæc subiungeret. Ita vt in dilatorijs illud speciale: in excommunicationis exceptione notaret hoc verò mixtae, aut quasi peremptoriæ in perpetuis.

Non tamen ob id rectè contra Iurisconsultos, alias addet species, quasi illi ali-

quid necessarium omiserint, qui optimam, & verissimam diuisionem tradide-

runt; quam

nos ex-

planare, non capta-
re, seu expugna-

re opor-

ter.

De

De intellectu. L. siue à certis. ff. de duob. reis. Cap. XXXIX.

- 1 Hæredes nominati, non vt hæredes, tenentur pro virili, nominati autem vt hæredes, pro hæreditarijs portionibus, num. 2.
- 3 Distinctio improbatur à verbis legis aliena, non exemplificatio eidem congruens.

- ,,  I V E à certis personis hæredum nominatim legatum esset, siue ab omnibus, excepto uno; pro hæreditarijs portionibus totum eos legatum debituros, ait Paul. in d. l. siue à certis. ff. de duobus reis. Et contra Pomponius in l. Turpia. §. fin. ff.. de legat. 1. si pars hæredum nominata sit, pro virili eos teneri affirmat, distinctionem illam Iurisconsultis receptissimam afferens; † quod si aliqui hæredes sint nominati, ipsi tenentur pro virili, quia ab eorum personis relictum legatum censetur, vt probat etiam Neratius in l. si hæredes. ff. de legatis 1.
- 2 † Si verò hæredum nomine, cum hæreditas eos obliget, pro hæreditaria portione erunt astriicti. Quam distinctionem, præter Pomponium, & Neratium, vbi supra, probant idem Pomponius ex

ex Labeone in l. ita liber. & Paul. in l. qui pecuniam . ff. de statu lib. eaque præcipua esse debet in conciliandis his Iurisconsultorum responsis. Quia cum vtatur Accursius in d. l. siue à certis. mihi nō probari nequit cum cōmuni ; qui tamen cum se non explicet , neque Docto. id faciant, suspectus videri potest, suspectaque solutio , quæ difficultate non caret. Mihi tamen verba Iulij Pauli consideranti verissima videtur , quæ pro eo intellectu dupliciter possunt induci. Primò , vt verbum , excepto aliquo , ad omnia referatur ; quo casu non leuis est coniectura , testatorem hæredes, non eorum personas , respexisse , ex illis aliquè excipiendo. Ne verò hæc diuinatio sit , mihi non licita , quod tamen licuit doctoribus in l. eandem. ff. eodem titulo de duobus reis . verba , quorum fidem sequutus est , ad omnia referentibus : aliter tamen exemplificari potest Pauli responsum iuxta prædictum intellectum , & distinctionem , vt sit verissimum. Quod ab aliquibus nominatim leguerit testator , non nomina eorum , seu personas , sed hæreditatis respiciēdo , sic dicens , hæredes mei , quibus semissem legavi , cum alijs sextantem legasset , alijs tricentem , Seio centum dent : tunç enim à certis personis hæredum nominatim legatur , hæreditatis tamen respectu , idemque est , ac si ab omnibus legasset , vt subdit Paulus. Neq; est hæc

hæc diuinatio non admittenda : † nam non omnis diuinatio , (vt animaduertimus aliquando cum Zasio) est reprobata , sed impertinens , & à verbis legis aliena . Hæc autem interpretatio , legem cœplificat , declarat , & casus parificatione cōfirmat : cum idem asserat Iurisconsultus esse in specie prædicta , ac si ab omnibus legatum esset ; qui tamen casus aliter conuenire non possunt . Tum etiam , nisi sic esset intelligendum , quid similitudinis haberent casus , quòd à quibusdā hæredibus nominatim legasset , & quòd ab omnibus , excepto uno? Quas tamen formulas Paulus coniungit , vt doceat se de illa nūcupatione speciali loqui , quæ hæredes aliquos nominatim , vt hæredes tamen designat , iuxta supradictam Iurisconsultorum communem distinctionem ; quam eundem non seruare , est planè concedendum , atque ab illis disfertire , nisi hoc , quod verissimum videtur , confitemur.

*De actione vni ex cohæredibus pignus,
vniuerso soluto debito , liberanti
aduersus cohæredes conce-
denda . Cap. XXX.*

* Relatio in genere , @ vt Accursius vocat , simplex , quando reputanda .

2. *Intellectus l. hæredes. §. non tantum. ff. famili. erciscund.*

Si pignoris liberandi gratia , debitum uniuersum soluere sit coactus hæres , actionem negotiorum gestorum habere , vel familie erciscundæ iudicio , si prius redditum non sit , eam partem consequi illum posse , Seuerus , & Antoninus Adriano rescripsierunt , in l. siue pro fratre . C. de negotijs gestis . Vbi verbum , eandem , intelligere de actione communi diuidendo , cum Accursio ibi , & communi doctorum opinione ab Alexandro relata , absurdum mihi videtur non recipiendum . Dixerant enim Impp. negotiorum gestorum actionem competere cohæredi pro alio pecuniam soluenti : cum postea subdant in secundo casu , actionem eandem concedendam , qua ratione id ad actionem communi diuidendo referri possit , non video , de qua ibi verbum nullum . † At dices cum Accursio esse relationem in genere , simplicemq; reputandam , sicut in illa oratione , mulier saluauit , quæ dannauit : quod tamen recipiendum non est in nostro casu . Iam enim positum est genus ibi , actionem ; nisi autem relatio illa eandem determinet , quid operabitur ? Tum etiam dispar est ratio illius orationis , atque huius . In hac enim mulier ponitur

tur in genere , sic in positione , sicut in relatione , & eam habet significationem ; quod sicut per mulierem peccatum intrauit in mundum , illa occasionem præbente , ut non intrauerit per illam , sed per hominem , iuxta A postoli doctrinam ; sic per mulierem etiam , quæ peccati caput conterere potuit , salus nobis orta est . Quæ excusatio est muliebris generis , sicut & illud , quod mulier quædam Diuum Hilarionem alloquitur apud Metaphrastem , ne despicias , nam genus mulierum peperit Saluatorem . At in nostro casu prius non nomen generis præcesserat , sed speciei ; qua ergo ratione relativum , eandem , ad genus est referendum ? Neque ex eo , quod suprà actionis negotiorum gestorum mentio facta est , actionis verbum est genus reputandum , cum non sit simpliciter positum , sed cum specie . Nulla igitur ratio , sub eiusdem appellatione actionis , aliā quam eam , de qua sermo præcesserat , intelligere possumus . At tunc obijcies cum Accursio , & doctoribus de l. hæredes . §. non tantum . ff. famil. ercif. vbi Paul. in simili , imo penè eodem casu , actionem negotiorum gestorum non concedit , sed familie erciscundæ . Cui contrario ut satisficias , non erit opus absurdam illam , quam immo probavi doctrinam admittere ; † Sed animaduertendum erit , responsum illud Pauli simul cū hoc

Impp. rescripto recte intelligi posse. Si equidem non est redditum iudicium familiæ erciscundæ, eo est agendum, vt & ibi Paul. probat, & hic Impp. Ita vt per illam legem, hanc intelligas, vt si non sit redditum hoc iudicium, de necessitate in hac lege illud requiri, cum illa probes, neque quidem refragante horum verborum serie. Si enim verba, si non est inter vos redditum, ad omnia referas, ita distribuet actionem eandem, id est negotiorum gestorum, concedi, quando iam redditum est; familiæ autem erciscundæ iudicium, quando non est redditum. Ita vt sicut familiæ erciscundæ iudicio agi non potest, vbi iam est semel intentatum, vt probat Vlpianus in l. si filia. §. familiæ. ff. famil. erciscund. Ita & negotiorum gestorum actio non sit concedenda, vbi non est illud intentatum iudicium, vt in d. l. hæredes. §. non tantum. Qua ratione est recipienda, non vt huic legi contradicit. Attamen neque communi diuidendo erit agendum, quia nihil est cōmune; quando enim commune erat, familiæ erciscundæ iudicio experiri oportuerat. Iam verò cum fuerit illud redditum, quo in casu negotiorum gestorum actionem admittimus, nihil commune remansit; neque etiam remansit, quod soluerit; hoc enim nihil est, quia est præteritum. Cum ergo nihil cōmune possit considerari in casu, in quo

quo iuxta nostram interpretationem actio negotiorum gestorum datur, non erit communi diuidendo iudicium admittendum; neque Vlpiani respondum in l. si quis putans. §. 1. ff. communi diuidendo. ad quod lex hæc referri, sine manifesta diuinatione, non potest.

De intellectu. L. si pecuniam. C. de negotijs gestis. Et obiter de l. si pupilli. §. si quis ita. ff. eodem.
Cap. XXXI.

- 1 Ratihabitionem mandato comparari, qua ratione sit intelligendum.
- 2 Intellectus. l. semper qui non prohibet. ad fin. ff. de regul. iur.
- 3 Intellectus. l. si mandauero. la 2. §. si curator. ad fin. ff. mandati.
- 4 Actio civilis oritur ex ipso negotio, & variatur ex varia negotij consideratione, num. 5.

 I pecuniam tuam à debitore tuo Julianus exegit, eamque solutionem ratam habuisti, habes aduersus eum negotiorum gestorum actionem, vt Salustio Antoninus Imp. rescripsit, in l. si pecuniam. C. de negotijs gestis.

stis. Cui aduersari videtur (Accursij iudicio) Vlpianus in l. semper qui non prohibet. ff. de regul. iur. Vbi Iurisconsultus mandati actione experiri debere ait ; Non ergo negotiorum gestorum. Ut tamen Accursij solutiones non admittam in utroque loco, à Bart. tamen in d. l. si pecuniam. veras reputatas, & etiam secundam, teste Alexandro ibidem , communiter approbatam: vel etiam Ioannis à multis receptam, ut post Albericum attestatur Mainerius in d. l. semper qui non prohibet. ad finem. illud mihi sua sit, quod oppositionem non rectè factam esse videā . Sunt enim in proposito casu tres personæ considerandæ, quæ in hoc negotio , quod agitur , interueniunt ; quod si non fiat , nihil proderunt , non tres , sed mille solutiones . Personæ autem sunt Dominus , seu creditor ; debitor , & exactor. Pone ergo quod ego decem Salustio debeam , quæ cum à me Julianus exegisset , Salustius ratum habuit. Si quæras de actione , quæ est inter Julianum , & Salustium , respondendum est , eum Salustio teneri actione negotiorum gestorum , ut probat Imperator. † Ibi enim ratihabitio consideratur ad hoc , ut liberetur debitor ; nam aliter , nisi ea interueniat , non liberatur , ut agnouit in d.l. si pecuniam. Accursius , glof. 2. argumento .l. soluendi .ff. codem titu-

lo,

lo , de negotijs gestis . quod & alij ex doctoribus agnoscunt ; ad hoc etiam , ut debitore liberato , cum Iuliano exactore agere possit Salustius ; non tamen hoc negotiorum gestorum actionem excludit , † etsi ratihabitio hæc mandato comparetur , ad supradictos nempè effectus . Si verò quæratur de actione , quam habeo aduersus Salustium ego debitor ; tunc cum Vlpiano dicendum est , Salustium actione mandati mihi esse obstristū , ut & ne repetat , & liberationē præstet. Agitur ergo ibi de actione mandati , contraria , quæ est inter creditorem , & debitorem : vnde creditorem actione mandati obstringi Vlpianus ait ; quæ verba hoc insinuant , non tamen quod semper & inter gestorem etiam , & dominum illa concedatur , contra dictam legem , si pecuniam . Quæ diuersarum personarum consideratio tam necessaria est , ut cum id non animaduertat , oppositiones faciat Accursius non admittendas , ut in d.l. patet , & in l. si pupilli . §. si quis ita . ff. de negotijs gestis . Vbi cum Julianus scripserit in hæc verba ; Nam & si cui mandauero , ut meum negotium gerat , quod mihi tecum erat commune , dicendum esse Labeo ait , etsi tuum geslit sciens , negotiorum gestorum eum tibi teneri . Vbi cum difficultatem moueat Accursius , quod actio in factum danda sit , non negotiorum gestorum , per

l. si

1. si mandauero. la 2. §. si curator. ad fin. ff. mandati. sine hoc vero fundamento distinguens, nihil agit. At si interuenientes personas consideres, id planè intelliges. Ibi enim quidam, putà Seius, mandauit rem cum alio (nempè Titio) communem, Sempronio. Agitur ergo in d. §. si quis ita. de actione, quæ est inter Sempronium rem Titij gerentem sciens, licet mandato Seij, & inter Titium dominum; hæc autem est negotiorum gestorum, cui nihil est contrarium. † Nā in d. §. si curator. vbi de actione in factum meminit Iurisconsultus, non est quæstio de actione, quæ est inter dominum, & gestorem, sicut in supradicto §. si quis ita. Sed agitur de actione concedenda domino vero, hoc est Titio aduersus mandantem, qui est Seius: quæ personarum diuersa consideratio, ob diuersos respectus, alias, atque alias actiones concedendas suadet. Nam in hoc etiam casu, si aliam harum personarum combinationem facias, neque hanc, neque illam actionem concedi videbis. Inter Sempronium enim gestorem, & Seium mandantem, non negotiorum gestorum actio, non etiā in factum est concedenda, sed mandati. † Nāq; cū actio oriatur ex ipso negotio, quod agitur, vt Iulius Paulus recte obseruat, in l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. actio inquā positiva & formula; † Cum diuer-

diuersum sit negotium, si consideretur inter alias, atque alias personas, non eadem actio, sed diuersa producetur: quod in his casibus, vt principium, & præcipuum considerandum erit: & hac ratione erit etiam intelligenda. l. liberto. §. 1. ff. eodem titulo, de negotijs gestis. non iuxta doctrinam Accursij, in d. §. si quis ita. & ibidem. Quām enim firmis rationibus innitantur, quamque validis argumentis intellectus, & opiniones suas fulciant, Accursius, & alij in omnibus prædictis legibus, ego non discutio: constituit sanè illis opinorum suarum ratio. Ego nunquam in animum induxero aliud, quām quod dictum est de diuersarum personarum differentia.

De ratione auth. ex complexu. C. de incestis nuptijs. Cap. XXXII.

1. *Doctores non possunt dijudicare inter ius, & aquitatem non scriptam.*
2. *Ius peccatum non presunit.*
3. *Parentum peccata quandoque in filijs vindicantur.*
4. *Permitendum minus malum, & sequendum maius bonum. numero 5.*
5. *Incestuosi filii non appellantur naturales.*

Intellexit.

- 7 Intellect. c. cum haberet. de eo qui dux. in matrimonium.
- 8 Constitutio. c. si pater. de testamen. in 6. non omnino æqua, & ob id à praxi exterminanda, numero 9.
- 10 Incestuosos liberos potest pater alere, licet iure ciuili non teneatur.
- 11 Onus alendi incestuosos transit ad matrem: licet pater ad alendum sit regulariter astrietus. num. 12.

VERE nullum pernitosius vitium est, neque exitialius mendacium, quam quod sub virtutis, aut veritatis colore latet; id cognoscet qui viderit optimam illam constitutio nem auth. ex complexu. C. de incest. nupt. vsu forensi esse abolitam sub æquitatis velamine, cum ipsa tamen iniqua non sit. Statuit enim Iustinianus incestuosos liberos, qui nec naturales appellari merentur, non esse alendos; quod doctoribus iniquum videtur, in c. cum haberet. de eo qui dux. in matrimo. vbi glof. Abb. & Docto. plures, quos refert, & sequitur Ant. Gomez. in l. 9. Tauri, numero 37. & D. Couar. 2. par. de sponsal. c. 8. §. 6. numero 8. & ab eis est substituta æquitas quædam, qua prædictam auth. penè approbatā in c. per venerabilem. ad fin. qui filij sint legitimi. & l. 5. titulo 19. par. 4. tamquam

pec-

peccatum fouentes ab vsu forensi exterminaret, 1. fac si inter ius, & æquitatem non scriptam iudices illi constituti sint, contra. l. 1. C. de legibus. Est autem constitutio illa æquitate non destituta; primo enim ea intelligi potest, vt per d. partitarum legem, quod non sit mirum si patre horum liberorum ad alendum non cogat ciuilis lex, cui non constat eos tali parente esse natos: quod sufficeret ad deneganda alimenta: namque 2. eius probatio difficultima est, & nullum ius pec catum præsumit. Admittamus tamen filios eius 3. esse, quid tamen iniquitatis habet, & parentum peccata in liberis vindicare? Cum Deus ipse Optimus Max. in lege veteri id sæpiissimè fecerit, & in eodem iure canonico fiat, in titulo de hæret. de filijs presbyterorum. & in specie in d. c. per venerabilem. Tum etiam, licet concedamus æquitatem in illis alendis versari; licet id sit de iure naturali, quod est doctorū præcipuum fundamen tum, nihilominus æqua auth. illa reputanda est, & tamquam iusta recipienda; quæ illud ius naturale non tollit, sed tantum eidem non inferuit, iuxta ea, quæ docuimus suprà in c. 4. obligacionem ciuilem, ad obseruantia illius iuris, non concedens, vt deterreat mulieres ab huiusmodi peccatis, & eas cautores reddat, quibus erit maxima filijs pena indicta, vt demù incestuosos con-

Cc cubitus,

cubitus, interdicat. Namque notum est illud
 4 t. permittendum esse minus malum, ut maius ef-
 fugiamus : in quo & consistit permissionis vis, &
 plurimarum legum authoritas. Et Moyses à Do-
 mino excusatur, quod libellum repudij permiserit,
 animos Iudeorum agnoscentes. Ut autem minus
 malum agnoscamus, certissimus modus est ille re-
 ducenti per contraria ad maius, & minus bonum.
 5 Nemo autem sanæ mentis (vt mihi videtur) ne-
 gabit, maius bonum esse, & in se, & comparati-
 vè ad publicum ciuale, vel etiam naturale tuen-
 dum, si homines abstrahantur ab enormissimis
 hisce commixtionibus, si mulieres sibi, & partui
 prospicientes, easdem fugiant, quam si parentes
 huiusmodi incestuosos liberos, & qui naturales
 6 appellari non debent, alant. † Si igitur maius
 bonum est à peccatis illis quoquis modo abstrahere;
 quis condemnabit constitutionem, quæ sequuta
 maius bonum, minus malum permisit? Neque
 enim in contrarium nos mouere debet constitu-
 7 tio illa. d. c. cum haberet. † aut intelligenda
 sanè (vt verba eius suadent) de inductione, &
 monitione; aut in suo foro seruanda. Namque
 authentica illa, & partitarum lex, peccatum non
 souent; sed peccata fugiunt, sequutæ consilium
 illud projiciendi oculum, si scandalizauerit. Projic-
 iunt ergo scandalizantes illos liberos, & ciuili au-
 xilio

xilio destituunt, vt viuis pena multis sit ex usu pe-
 nicum. Si enim verum est, & à iure etiam ca-
 nonico receptum, filios huiusmodi naturales non
 appellandos, merito naturali illo priuilegio carere
 debebunt. Neque nobis iniquior reputanda est
 8 lex, quæ dum illos neque naturales nominet, eis
 alimenta denegat, † quam constitutio. c. si pa-
 teret . de testament . in 6 . Quæ dum liberorum
 successionem parentibus debitam de iure natura-
 li expressè esse assert, propter inanes quasdam subtili-
 tates, matrem à filiorum licetuosa successione re-
 pellit; neque maius bonum vt tueatur, maiusū
 9 fugiat malum.. † Hanc etenim à praxi, hanc ab
 foro, hanc ab usu hominum exterminare debebat;
 1 o cuius damnum matris ineuitabile est. † Nam in
 casu d. authenticæ, potest patet, (vt ait partita-
 rum lex) filios, si libuerit, alere, neque commit-
 tet in legem, quæ non prohibuit alere, sed per-
 misit non alere: at in illa nō potest matrem hæ-
 redem instituere. Loquor liberius in illam con-
 stitutionem, quia planè durum est sine causa ma-
 tres filiorum hæreditate priuare, ob id tātū, quia
 pater eis testamentum fecerit, quasi ille potuerit
 ius naturale tollere. Non est ergo quod in hoc
 prædictæ doctorum opinioni veritas cedar, cum
 verbis sint illa authentica, & Regia lex, honestis-
 simæ, & mente, ac fine purissimæ; vt absurda no-

bis nefarius huiusmodi complexus. Si igitur abesse desideramus, id non reprobemus. Dices autem factum infectum fieri non posse, & iam natos destituere iniquum esse. Ego verò scio neque ob homicidæ occisionem mortuum resurrectum, qui tamen furcis suspenditur, ad aliorum exemplum. Neque argumentum illud quicquam obseruit, quod natus hic nihil mali fecit; nam fecerunt

i 1 parentes eius; fecit & præcipue mater, † ad quam onus alendi transit, ex Vlpiano in l. si quis à liberis. ff. de agnos. & alend. liber. Ibi, ergo & matrem cogemus præsertim vulgo quæsitos liberos alere. & ex d. l. pár. 5. titulo 19. par. 4. Si ergo effectum horum iurium consideremus, non omnino natos destituit, sed matrem onerat
i 2 ad alimenta præstanda, † quæ regulariter pater præstare tenetur.

De intellectu. L. Generaliter. C. de institutionib. & substitutionib.

Cap. XXXIII.

- 1 Alternatiæ naturæ, si disfunctio maneat, mutari non potest.
2 Casendum est, ne dum ratio legis quæritur, ipsa violetur.

Non

- 3 Non tantum liberorum fauorem attendit Iustinianus in l. generaliter. C. de instit. & substit.
4 Duas contradictorias veras fateri, nemini licet.
5 Quæ fuerit occasio doctoribus aberrandi in d. l. generaliter.
6 A ratione legis discedere penè sacrilegium, & numero 8.
7 Vera eius legis ratio.



V M suprà. c. 20. de natura disfunctiūrum agerem, illius regulæ, quod in alterutra parte sufficit effectum sortiri, præter unam, aut aliam exceptionem, me non reperire attestatus sum; estque altera ex illis dispositio. l. generaliter. C. de instit. & substitutionib. quam me interpretatum saepius promisi, et si illa exceptio mihi non videatur. † Non enim ibi disfunctiūam in alterutra parte verificari negat Imperator, aut negare potest; sed hoc ut ne fiat, aliter ex equitate alternatiūam sumit, & in copulam conuertit. Namque si alternatiua maneat, illud ita ex se, & sua natura illi proprium est, ut aliter distribuere partes nullo modo queat. Itaq; concors omnium doctorum sententia est, disfunctiūam pro coniuncta accipiendam: attamen in redenda ratione mirificè variant, alij aliud affirmantes; alij (& magis communiter) fauore libero-

rum,

rum, id ibi fieri arrestantur; quod ex pluribus probat, præter alios, Socinus consi. 32. numero 3. volum. 1. Ego tamen rationem hanc admittendam non arbitror, vt quæ legis huius dispositio-
nem admodum coarctet, vt iam probabo. Erit
tamen prius animaduertendum, Iustinianum hic
Epijchia iuris regulatrice, & magistra ductu, me-
deri contrariae iniquitati, quæ refutaret, si natura
disiunctuarum, & illorum verborum, esset ser-
uanda. Nam cum essent disiuncti prolatione, suf-
ficeret alterum factum, ad hoc, vt substitutus ad-
mitteretur; quod tamen, et si de verborum natura
foret, menti, & voluntati testatoris non con-
uenire alia suadebant. Quare non puto disposi-
tionem eam, liberorum tantum fauorem respic-
ere. Vnde doctorum communis intellectus cor-
2 ruit, † in quibus cœendum est, ne dum rationem
3 legis anxie exquirunt, legē ipsam violent. ¶ Quod
autem Iustinianus non tantum liberorum fau-
orem attendit, patet ex ipsius verbis dum ait, & in
testatus, vel sine nuptijs iuncto verificulo, Et ipse,
,, vel ipsa liberos sustulerit, siue testamentum fecerit,
,, siue nuptias contraxerit, firmiter res possideri, &
,, non esse locum substitutioni. Quæ verba aliunde
determinari desiderant, & terminabantur ex princi-
pio legis, ibi generaliter sancimus firmiter res pos-
sideri, & non esse locum substitutioni: in themate
nem-

neimpè proposito, si institutus liberos sustulerit, siue nuptias contraxerit, siue testamentum fecerit. Non tantum ergo, si liberos sustulerit, sed in quocumque ex illis casibus; nisi dicas esse alterna-
tiuam legis, quæ non seruat suam naturam, quod iam suprà in c. 21. impugnauimus. Namque &
nostra sententia probatur ex sequentibus verbis, si
enim nihil ex his fuerit subsequutum, tunc valere
conditionem, & res secundum verba testamenti
restitui. Namque si tantum fauore liberorum id
fieret (vt volunt doctores) sequeretur, quod si libe-
ros non haberet institutus, et si testamentum fe-
cerit, aut nuptias contraxerit, esset locus substitu-
tioni. Quod prædictis verbis planè aduersaretur,
cum sumatur ex generali significatio, ibi, si nihil
ex his: si aliquid probetur esse factum, totam ora-
tionem falsam efficeret, iuxta regulam Iuliani in
1. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub.
Vnde cum decidat Iustinianus, quod si nihil ex his
fuerit subsequutum, tunc valebit substitutio; sequi-
tur necessario, quod si aliquid fuerit factum, non
4 valebit: † alias quidem duas contradictorias veras
simul concedes, quod tamen nedum logicis, sed
& nobis etiam concedere non licet. Vides autem
contradictorias, si nihil fuerit subsequutum, esse
locum substitutioni, quæ generalis vera est, vt ab
Imperatore decisa; & cum aliquid subsequatur, es-
se

se locum; quod esse verum fateri cogeris, si do-
ctorum opinionem admittas. Quod tamen Iu-
lianu[m] maximè fugit, nihilq[ue] magis in sua illa le-
ge prohibet. Hoc amplius tibi palam fiet, si cum
his Iustiniani verbis coniungas illa Iuliani in eo-
dem. §. vtrum. ad fin. Vbi ait, si quis autem
,, plura in stipulatum deducat, quorum vnum fieri
,, velit, ita comprehendere debet: illud, aut illud fie-
,, ri spondes? Si nihil eorum factum fuerit, decem
dabis. Quod planè fecit in hac lege Imperator.
,, Namque inquit, generaliter sancimus, quod si
,, institutus liberos sustulerit, siue nuptias contraxe-
,, rit, siue testamentum fecerit, firmiter res posside-
,, ri, & non esse locum substitutioni; & si nihil ex
,, his fuerit subsequutum, tunc valere conditionem,
,, & res secundum testamenti verba esse restituendae.
Ergo si aliquid acciderit, restituendæ non
erunt. † Verum aduertendum est, occasionem
doctoribus ad illam suam sententiam amplecten-
dam præbuisse verba illa eiusdem legis; Ibi, cui
enim ferendus est intellectus, si forsitan testa-
mentum quidem non fecerit, posteritatem autem
habuerit, propter huiusmodi verborum angustias,
liberos eius omni penè fructu paterno defrauda-
ri? quæ quidem non vt doctores volunt, inci-
uiliter vna legis particula perspecta iudicantes, ra-
tionem decisionis reddunt, t. vt ab eis recedere,
&

& hac ratione sacrilegium sit, vt opinatur Marcus Mantua lib. 4. Enchirid. iur. c. 1. sed in eis Iustinianus iniquitatis, cui obuiare vult, exem plum in altera parte ponit, sicut facit in l. cum quidam. de qua in c. sequenti. C. de verb. signi fic. Vbi cum de institutione, legatis, libertatibus, & tutoribus datis, agat Imperator, vt agnouit glo-
1. mi datis tutoribus pupilli tantum comminisci-
tur utilitatē. Ibi, ne dū dubitatur, &c. Neque etiā illa verba doctorū sententiæ adstipulantur, & hanc
,, legem in perpetuū valitūrā inducimus, tā paren-
,, tibus, quam liberis grātam. Namq[ue] ea referenda
nō sunt ad parentes institutos, sed ad parētes insti-
tuentes, & institutos liberos, de quibus huiusmo-
di aliquid scriptum fuerit, medemur. † Est
igitur verus huius legis intellectus, vt generalis sit,
neque ex tribus propositis, in generali decisione
vnum decidat casum, contra verborum naturā,
& plurimorum dogmatum regulas; is mīhi vide-
tur, vt Iustinianus statuat, quod quando condi-
tiones illæ, quorum defectus locum tribuit substi-
tutioni, referuntur ad successionem instituti, tunc
etiam si varij successionis exitus comprehendan-
tur disiunctiū, disiunctua illa sit in copulam re-
ducenda; inūstum enim esset aliud obseruare.
Quam quidem interpretationem, & rationem sa-
tis declarauit Iustinianus in illis verbis, vt incer-

,, tus morientis exitus , videatur certo substitutionis ,
 , , vel restitutionis fine concludi. Quibus nihil clarius ad intellectum legis , & mentem Imperatoris declarandam : † à quibus , vt à ratione legis discedere , erit penè sacrilegium . In quo intellectu illud mihi cum doctoribus commune , quòd ex præsumpta mente disponentis , & æquitate disiunctam in coniunctam traduci , & nos sicut illi fatemur . Tum etiam , quòd sicut illi , differentiam ponimus inter alias , atque alias conditiones : quod fecerunt Fulgos. & alij , in ea lege . At in ratione , & generalitate dispositionis , & conditionum , quæ in ea comprehenduntur , satis dissentimus . Quod probandum fore non dubito .

*De intellectu L. cum quidam C. de verb.
signific. Cap. XXXIIII.*

1. *Disiunctionis particulae in copulam aliquando converuntur.*
2. *Incertitudo evitat institutionem , legatum , & familiā.*
3. *Nihil magis æquum , quam defunctorum voluntates conservare.*

ACCE-



C C E D I M V S iam ad alteram exceptiōnem illius regulæ , quòd alternatiuæ natura alterum tantum adimpleri postulat ; si exceptio appellari meretur . † Nam potiùs diçendum esset , disiunctionis particulas ex vñs aliquā do , ac si essent copulæ interpretari : vt facit iterū ex æquitate Iustinianus , in l. cum quidam . C. de verbor . signific . Vbi alternatiuā illam , qua quis vnum , aut alterum hæredem scribit ; huic , vel illi legat , vel sūnilem pro copulatiua esse accipiendo statuit . Quam legem admittunt Docto . si alternatiua sit posita inter personas honoratas ; nō autem si collocetur inter grauatas . Quæ tamen distinctione obscurior est , quām quod interpretandi ratio desiderat ; in qua explicanda , & concordandis contrarijs iuribus , plus immorandum esset , quām in ipsius legis intellectu . Vera ergo ratio ad eam decisionem , quæ simul & necessariam distinctionem comprehendit , hæc est , † quòd cum institutio , legati , libertatis , & tutorum datio sub hac verborum conceptione essent tamquam incertæ nullius effectus , vt ipse Iustinianus præmittit , & docuerat in §. incertis . Instit . de legat . Id tamen ei iniquum visum est , † cum nihil magis æquum sit , quām defunctorum voluntatem conferuare , vt religiosè attestatur Plinius ille secundus in Epistola ad Annianum lib . 2 . & ad Sa-

Dd 2 binum

binum lib. 4. Incertitudinem ergo inde rejecit, quæ vitiare poterat, & disiectam ad coniunctam traducit, vt vterque censeatur institutus, utriusque legatum, seu data libertas, & utriusque sint tutores: omnibus alijs, quæ hoc vitio non laborant, in suo vigore relinquens. Qua interpretatione, quæ si rectè inspiciatur, parum à doctorum sententia abest, plures tamen eorum ambages vitabis, & legis ipsius rationem intelliges.

D e contractu Principis, sitne lex. ad intellectum. L. donationes. C. de donation. inter virum, & uxorem. Cap. XXXV.

- 1 *Principis contractum legis vicem obtinere, non generaliter afferendum, & quo in casu obtineat. numero 12.*
- 2 *Intellexus L. princeps. ff. de legibus, & numero 4.*
- 3 *Metuenda magna potentia in eo, qui ius, & fas non revereatur.*
- 4 *Princeps est causa efficiens iuris.*
- 5 *Vis coactiva legum non respicet Principem, sed vis directiva, numero 7.*
- 6 *Princeps efficaciter, & coactiū obligatur contra Etū,*

- 7 *Etū, sicut is qui obligatur ciuiliter, num. non 6. ius ratio, num. 9.*
- 8 *Donatio inter virum, & uxorem non valet iure positivo.*
- 9 *Lex quandoque pactum significat.*

PRINCIPIS contractum legis vicem obtinere, non parui nominis doctoribus placuit; sed Bartolo ipso in I. Cæsar. ff. de publican. & Baldo in l. 1. numero 7. C. de hæredi. vel actione vendita cum alijs, qui id probant per Imperatoris rescriptum, in l. donationes. C. de donationibus inter virum, & uxorem. Quæ tamen sententia generaliter vera non est, neque in illa lege generaliter probatur; quam si admittamus, facile contractu Principes non obligari, quilibet fortissimo arguento ostendet. Nam si contractus Principis habet vim legis, & lex reputatur, Princeps legibus solitus est, vt Vlpianus attestatur in l. Princeps. ff. de legibus. Vnde sequeretur necessariò contractus obligatione Principes esse solutos. Quod quidem non est concedendum; minorem autem positionem nunquam effugies. Namque licet in eam Vlpianicam sententiam impetum aliqui fecerint, quod videatur barbaræ illi sententiaz conuenire à Magis Cambissæ Persarum Regi dictæ, dum eius cum sordi-

re coniugium excusare vellent. Dictæ etiam per adulatores Antonino Caracalla, qui, vt refert Aelius S partianus, cum Iuliam nouercam vidisset penè nudam, & exclamaret, vellem si liceret, sic ei responsum est, si libet, licet, nescis te Imperatorem esse, & leges dare non accipere? † Ego tamen non crederem Vlpianum auctorem illius sententia, quod ius à iustitia ortum habet, in l. 1. ff. de iust. & iure. in illa altera lege incidere in diffinitionem illam iuris, ex eodem capite, & sententia per Diuum Augustin. reprobata lib. 19. de ciuitate Dei. c. 21. ius nempè esse, quod ei, qui plus potest utile est: quam attulit apud Platonem 1. de Rep. Trafymachus, & approbavit apud Alexandrum, postquam Clitum iniuste occiderat, Anaxarchus nomine Philosophus, & reperditissimus adulator, vt refert, & improbat Plutarillus, libr. de Doctrina Principum. in principio. Neque ex eo tamen hæc Vlpiani sententia tutanda est, quod (vt docet Ludouicus Viues, eam vt defendat lib. 7. de corrupt. artibus, & discipli.) antiquitùs talem eligebat Princepem, vt nefas esset existimare tam prudentem, & probum virum legibus alligari, qui nec male esset acturus volens, quia probus; neque ignorans, quia prudens. Quæ quidem præsumptio sufficiens nō est, ad hanc Vlpiani sententiam approbandam, quem præ-

præcesserant Cladius, Nero, Caligula, & similes, nō hoc iudicio electi, quia eam præsumptionem elidere satis possent. Ego enim scio, quod Vlpiani dictum calumniantes, aiunt extimescenda 3 in uno viro tantam potentiam: † sed ea sine hac lege metuenda erit in eo, qui ius & fas non reveratur. † Nō verò Vlpianus ex eo, quod probet adulatores illos, hanc sententiam protulit, sed 4 quia ea est legum natura; † nam cum sit Princeps causa efficiens legum (apparet autem de eos nos Princeps loqui, qui alteri non subsit) vt Ari stotel. lib. 5. de moribus. c. 10. in versione Labini, asserit: & coactio eiusdem quoad seipsum esse non possit; non erit coactio legum quoad Principem; † neque ad eum erit trahenda vis earum coactiva, vt docent optimè doctissimi, Soto lib. 1. de iustitia & iure. quæstione 6. articul. 7. conclusione 2. & Couar. in c. Alma mater. 1. part. §. 1. numero 4. licet, vt ijdem aduertunt, & Rebuff. in proœm. ad constitu. reg. glos. 1. num. 7 54. † vi legis directiua Princeps teneatur: quod idem est, ac si cum antiquioribus dicas, nō subesse legibus, sed rationi earum. Sed hanc differentiationem in contractibus non repieres, † quibus Princepem efficaciter obligari, & etiam coactiuè, cors omnium penè doctorum sententia est; quam mille auctoribus probarem, si illam probarem cōsuetu-

fuetudinem , paginas his allegationibus implendi . Id autem docuerunt Bald. & doct . in l . i . ff . de pactis . Abb . Panor . & doctores , in c . i . de probation . & plures , quos refert Didac . Perez in l . 3 . titulo 8 . lib . 3 . ordinam . verb . no p u e d a poner exception . neque id mirum . † Nam contractus ferè omnes sunt de iure gentium , vt Hermogenianus attestatur , in l . ex hoc iure . ff . de iust . & iur . & obligatio eorum naturalis est , vt ijdem autores docent , & Vlpianus Iurisconsultus aperte tr adiderat in d . l . i . ff . de pactis . alias equidem , si abesset obligatio , contractus non consisteret , qui dicit vltro citroq ; obligationem . l . Labeo . ff . de verb . signific . † Vnde magis iuri , & rationi consonum videtur , obligari Principem contractu ita efficaciter , sicut is , qui obligatur civiliter : quia ius civile in detegenda obligatione contractu , nihil iuri gentium addidit : & ita in medio iure civili , gentium contractus Hermogenianus appellat ; & erit exinde fruitra quærere cum doctoribus , quos Didacus Perez , vbi suprà , refert , an Princeps contractu ciuiliter obligetur . Ex quibus omnibus apparent contractu Principes efficacius astrin gi , quam legibus . Neque obstat quod Imperator inquit in d . l . donationes . imperialibus cō tractibus legis vicem obtinentibus : in quoniam verborum interpretatione latè se inuoluit . Beroultus in

c . i . de probation . numero vigesimo octauo , ne que aliquid , quod satisfaciat dicit . Nam verum non est , vt diximus , quoad obligationem contractus Principis , legis vicem obtainere , quia habent maiorem vim . † Sed cum notum sit illud principium in illo titulo , donationes inter virum & vxorem non valere , idque ex mero iure positivo mores approbante . l . i . ff . de donationib . inter virum & vxorem . † decidit Imperator , valere tamen donationes huiusmodi inter Principes factas : vt sicut quod Principi placuit legis habet vigorem . § . sed quod Principi . Institut . de iure naturali . ita & contractus Principis habeat . Et exinde , sicut lex tollit legem , tollit & consuetudinem ; ita lex , & consuetudo per contractum Principis , qui est contra eas , abrogentur . Et sufficiat illi placuisse sic contrahere , ad hoc vt etiam lege ciuili repugnante , contractus teneat . Qui verus est illius legis intellectus ; habet enim in hoc contractus Principis vim legis , qui alias quoad obligationem circa Principem , eandem vincit . Verba autem Iurisconsulti in l . Cæsar . ff . de publican . & vectigal . quæ in eandem sententiam , quòd Principis cōtractus legis vim habeat , doctores adducunt , interpretationem non requirunt : † ibi enim legis verbum , vt alias sæpiissime , pactum significat ; q Accursiu non latuit in eadē l . verb . lege .

*De geminationibus, & omissionibus
in Pandectis non reprobandis.*

Cap. XX XVI. & finale.

1. *Doctorum geminationes damnat Alciatus.*
2. *Geminationes in iure defenduntur.*
3. *Ex detractorum ingenij nibil boni sperari potest,
quibus placere difficultimum, numer. 6.*
4. *Leges defendendæ sunt.*
5. *Defenditur Tribonian. quod aliqua omiserit : &
autoris peroratio. num. 7.*



CRIPSIT Quidam Prateius Mediae*ius* prudentiæ libros quatuor ; in quorum primo geminationes in Pandectis plures enarrat, vt Tribonianum, & collegas accuset, quod dicerent nihil in iure simile reliquisse ; cui cum licuerit plures paginas in accusando Iustinianum consumere, quam mihi in defendendo linæ sunt consumendæ, nemo nisi improbus laborem meum reprobabit. Summa omnis querela, quam in uenerandos iuris compilatores, & Iustinianum approbatem intentat, hæc est: Primò, eos mendacij arguit, quod cum iactassent nihil se in iure simile reliquisse, attamen eandem rem sæ-

pif-

pissimè non duobus, sed & pluribus locis geminarunt: quorum locorum per 160. capita, nihil aliud agens, meminit. Secundò arguit inscitiae, quasi nō animaduerterint geminationes studiosorum animos enecare, Alciati innixus autoritate, qui hoc sèpè damnauit : quem tamen ipse 1. Prateius non intellexit. † Namq; Alciatus non Pandectas damnat, sed doctores; quos videbis crebro ab alijs tradita eisdem verbis, neque vel paululum immutatis, repetere, non vno, sed mille in locis. Sed mihi mirum non fit, si ille obsecratus Alciatum non intelligat, qui Iustiniano, seu Triboniano imponit, quod illos dixisse non reperties, & ab illis præuisa, & confutata argumenta, ipse geminationū accusator sèpissimè geminat. † Unde hanc mihi defensionem non vindicabo, cum ipsi se egregiè defenderint cōpilatores: quod optimæ illorum verba sub Iustiniani autoritate prolatæ satis indicant, quæ hic (vt calumniam agnoscas) referre fuit animus. Si quid (inquit) autem in tanta legum compositione, quæ ab immenso librorum numero collecta est, simile forsitan raro inueniatur, nemo hoc vituperandū existimet; sed primū quidē imbecillitati humanæ, quæ naturaliter inest, hoc inscribat: quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, dicitur unitatis magis, quam mortalitatis est. Deinde

Ee 2. sciat,

, sciat, quòd similitudo in quibusdam, & his bre-
 uissimis assumpta non inutilis est, & nec citra no-
 strum propositum hoc subsequutum. Aut enim
 ita lex necessaria erat, vt diuersis titulis propter
 rerum cognitionem applicare eam oportuerit aut
 cum fuerat alijs diuersis rebus permixta, impossí-
 bile erat eam per partes detrahi, ne totum con-
 funderetur; & in his partibus, in quibus perfectis
 simè iussiones veterum expositę fuerant, quod par-
 ticulatim fuerat sparsum, hoc separare, ac diui-
 dere penitus erat inciule: ne tam sensus, quam au-
 res legentium ex hoc perturbarentur. Hactenus Iustinianus in constitutione de confirmatione Digesto. & in præfatione ad Pandectas, Codicem, & Institu. Constitutione Græca, quam Latinam reddit Contius: in quibus idem penè de Constitutionibus Imperatorum duplicatis Iustinianus refert. Ex quibus verbis agnosces imprudentiam impostoris illius: cognosces etiam argumenta, quibus toto illo libro geminationes improbandas probat, Tribonianum refellendo præuidisse: vt dolor sit perspicere ingenia quorundā hominum, qui per fas, & nefas nemini parcunt. Quid enim illi cum Pandectis, vt accusaret? an vt se rectius illas dispositurum palam ostendat?
 3 † Id mihi tamen non persuadet, qui detractorū horum ingenia tam abhorreo, vt ex illis nequid
 quam

quam boni sperare possim. Quid enim nobis adiumenti adferet totus ille geminationum liber? nihil in foro; nihil in scholis, vbi odiosos maximè esse scio Iustiniani accusatores; neque id im-
 4 meritò, cum sint desertores sui muneric, † quod est, quas profitentur leges defendere: & hoc qui nescit, fateatur se nescire leges interpretari; fateatur se officium suum non exequi; fateatur Reipublicæ nihil prodesse; fateatur se demum nequidquam sapere: tunc enim saperet, cum geminationes illas, quo quis quæsito colore defenderet. Sed opus non habet Iustinianus eiusmodi Patroni, qui sibi satis cauit, & se ab eius impugnationibus egregiè vindicauit. At ipse Præteius ad omissiones in secundo libro configuet, non tamen in colligendis his felicior. Reprehendit enim in primo capite Tribonianum, exemplo Ciceronis, quòd in principio Institut. omiserit iuris diffinitionē, quā mutuandam dicit ex principio Digestorum. Reprehendat quòd omisit iuris illos omniaū penè innumerabiles libros; nam in hoc nihil aget. Cicerō equidem ipse, vbi diffinitionem initio disputationis tradi desiderat, vbi Panetium reprehendit, in principio scilicet primi libri officiorum; ibi tamen non definit, quia alibi definierat. Vides ergo authorem illius regulæ, quam ad mille exordia proficientem reliquit, in eodem peccasse, etsi
 hoc

5 hoc peccatum non sit. † Si enim in principio Digestorum traditam diffinitionem, in Institutonibus repeteret; si de præscriptionis tempore, quod diffinierat in l. penult. cum similib. C. de præscript. longi temp. in Pandectis meminisset, geminationis accusaret: quia reliquit, omissionis;
6 † vt videoas quām difficile sit, calumniantibus placere, & detrectatorum subterfugere reprehensiones; quod in hunc locum referuaui, & alijs exemplis,
7 plum, & mihi usui futurum. † Non enim erit quòd quærar, cum neque Iustiniano ipsi, aut Triboniano mastiges defuerint. Optari tamen, eos mihi censores contingere, qui non nisi re perspecta, & benè, exploratèque cognita iudicent, qui primis conatibus faveant, qui ætati aliquid condonent, & qui animaduerterint, quòd Iustinianus suprà relatus ait, quòd penitus in nullo pecare Diuinitatis potius, quām mortalitatis est. Immortali ergo Deo Optimo Maximo, si quid boni erit in hoc breui animadversionū libro, gratiae habeantur: à quo bona cuncta procedunt, cui æternæ sint gratiarum actiones, honor, & gloria in seculorum secula. Amen.

F I N I S.



I N D E X
I N A N I M A D V E R-
S I O N V M

Iuris Civilis Librum singularem,

RERVM, QVAE IN EO TRACTANTVR,
summam complectens.

A	BLATIVVS abso- lvtus cui equina- lcat. cap. 15. nu. 6. pag. 105.	Actio , & obligatio ex consensu, ibidem. nu. 3. pag. 80. Actio ex varijs caſtarum figuris. ibidem. nu. 3. pag. 81. Actio oritur ex ipso negotio. c. 31. nu. 4. pag. 198. Actio Iurisgentium. c. 10. num. 6. pag. 81.
	Ablatiuſ absolitus importat conditionem. ibidem.	Actio & formula idem quandoque ibid. nu. 8. pag. 82.
	Absolutissima Iurisconsultorum do- ctrina. c. 3. nu. 9. pag. 31.	Actio Iuris civilis. ibidem. num. 9. pag. ea.
	Actio obligationis correlativa. c. 9. nu. 14. pag. 72. & c. 10. nu. 2. pag. 80.	Actio obligationis filia. ibid. num. 10. pag. ea.
	Actio dupliciter consideratur. c. 10. nu. 1. pag. 79.	Actio civilis ex obligatione ciuili. ibid. nu. 12. pag. 83.
	Actio est aliquando formula, ibid. nu. 2. pag. 80.	Actio nunc etiā formula. ibid. pag. ea.
Ff		Actio

I N D E X

- Actio diversa producitur ex varia negotijs consideratione.* c. 31. nu. 5. pag. 198.
Actio de dolo datur ex contractu facio ut des. c. 15. nume. 9. pag. 107.
Aequum, & bonum idem quod Grecis epichria. c. 1. nume. 11. pag. 15.
Aequum, & bonum significat ius naturale. c. 1. nu. 14. pag. 16.
idq; per autonomiam. ibidem. nu. 16. pag. 8.
Aequitas non facit vere heredem, aut vere pratorum. c. 6. num. 6. & 7. pag. 52.
Alternativa latine dicitur. c. 20. nu. 4. pag. 144.
Alternativa natura. ibid. num. 5. pag. ea.
Alternativa veritas in quo consistit. ibid. nu. 6. pag. 145.
Alternativa affirmativa natura. ibid. nu. 15. pag. 149.
Alternativa negativa natura. ibid. nu. 16. pag. 150.
Alternativa affirmativa effectus. c. 24. nu. 5. pag. 168.
Alternativa negativa effectus. ibid. nu. 4. pag. 167.
Alternativa negativa suam naturam seruat. ibid. nu. 1. pag. 166.
Alternativa aliquando in copulam conuertitur. c. 21. in princip. pag. 152.
Alternativa legis suam seruat naturam. c. 21. per totum. pag. 153.
- B**
- BARBARIVS Philippus quo tempore prator.* c. 6. in prim. pag. 50.
Barbarius Philippus seruus, ibid. nu. 7. in fin. pag. 53.
Bartolus ferè semper veritatem agnoscit. c. 9. nu. 1. pag. 67.
- Bellum**
- Alternativa effectus præcipue considerandus.* c. 21. nume. 10. pag. 157.
Alternativa inter similia collocari non desiderat. cap. 23. nu. 1. pag. 162.
Alternativarum materia valde vtilis. c. 25. nu. fi. pag. 172.
Allegationes crebra apud doctores non securæ. c. 23. nu. 2. pag. 162.
Allegatio cum doctoribus periculosa. ibid. nu. 8. pag. 165.
Anima vegetativa, sensitiva, & rationalis nō debent considerari in homine vt distinctæ. c. 2. n. 17. pa. 25.
Animantibus non est uniformis lex naturalis. c. 2. nu. 16. pag. 25.
Annum legatum quando unum. c. 19. nu. 1. pag. 138.
Anni legati conditio quo tempore purificetur. ibid. nu. 3. pag. 139.
Annum incepto anno debetur. ibid.
Annuia stipulatio perpetua. ibidem. nu. 4. pag. 139.
Annum per donationem causa mortis, an per legatum sit relictum non differt. ibid. pag. 140.

I N D E X

- Bellum iustum non gerunt latrones, seu Piratae.* c. 18. nu. 4. pag. 133.
Bellum iustum quod. ibidem.
Bello in non iusto capti non sunt serui. ibidem.
Belli tempore conducenti nulla fit remissio. c. 16. nu. 9. pag. 117.
Bella inter Christianos ciuilia. c. 18. nu. 6. in fin. pag. 134.
Bonum maius sequendum. c. 32. nu. 5. pag. 202.
Bona fides in contractibus desideratur. c. 17. nu. 8. in fin. pag. 126.
- C**
- C**APTIVITAS de iure gentium. c. 18. nu. 4. pag. 113.
Captivi testamentum facere non possunt ibid. nu. 3. pag. 132.
Captus à latronibus testari potest. d. c. 18. nu. 3. pag. 132.
Captus à latronibus non est seruus. ibidem.
Capti in bello non iusto non sunt servi. ibid. nu. 4. pag. 133.
Casus fortuitus non est de essentia sterilitatis quo ad remissionem. c. 16. nu. 7. pag. 115.
Civilis vita maximè hominibus necessaria. c. 3. nume. 17. in fin. pag. 33.
Civiliter esse viuendum est homini naturale. non tamen est de iure naturae. ibidem. nu. 14. 15. & 16. pag. 32.
D. Couarrunias. ex antiquis pendit.
- Iuris consultis.* c. 21. numer. 98 pag. 157.
Coniunctio tantum matrimonialis de iure naturæ. c. 2. numer. 12. pag. 23.
Coloni culpat tollit remissionem. c. 16. nu. 6. pag. 115.
Colonus exquirere debet naturam fundi. ibidem. nu. 8. pag. 116.
Communcs opinions perduxerunt leges in potestatem suam. c. 7. numer. 1. pag. 55.
Conducenti tempore belli non fit remissio propter bellum. c. 16. nu. 9. pag. 117.
Confuetudo habet vim legis. c. 5. nu. 1. pag. 44.
Confuetudo est lex tacita. ibidem. num. 2.
Confuetudo habet pro se presumptiōnem rationis, sicut lex. ibid. nu. 5. pag. 46.
Confuetudo legem in omnibus imitatur. ibid. nu. 8. pag. 47.
Confuetudo consideratur ut lex. ibidem. pag. 48.
Confuetudinis irrationalis nulla est auctoritas. ibidem. numer. 2. pag. 45.
Confuetudinis iuri contrarie, & nulli iuri aduersæ differentia. ibid. nu. 3. & 4. pag. 45.
Confuetudinem pro lege accipi cum deficit lex, quomodo intelligendum. ibidem. nu. 10. pag. 48.
Contractus quid. c. 10. numer. 4. pag. 81.

I N D E X

- Contractus omnes obligatorij. c. 8.nu.9. pag.63.*
- Contractus omnes de Iure gentium. c. 35. nu.9. pag.216.*
- Contractus non consistunt sine obligatione. ibid.*
- Contractum Principis esse legem, generaliter non est verum. ibid. nu. 1. pag.213.*
- Contradictorias duas veras simul fateri non licet. c. 33. numer. 4. pag. 287.*
- Contrahentium discordia vitiat contractum. c. 12. nu.6. pag.93.*
- Contractus do ut des. quid. c. 15. nu.9. pag.107.*
- Contingens aliquando respiciunt iura c. 11. nu.2. pag.87.*
- Contingentia de essentia fierilitatis. c. 16. nu.1. pag.113.*
- Conuentio nomen generis. c. 8. nu.1. pag.60.*
- Conuentiois diuisio. ibidem. nu.2. pag. 61. & nu. 11. pag.63.*
- Conuentionum diuisio ex obligatione metitur. ibidem. nu.7. pag.62.*
- Conuentio obligatoria qua. ibidem. nu.3. pag.61.*
- Conuentio omnis in sua generalitate est iuris gentium. ibidem. nu.7. pag.62.*
- Conuentionum Iurisgentium diuisio. ibid. nu.8. pag.ea.*
- Conuentiones Iurisgentium qua obligatoria. ibid. nu.9. pag.63.*
- Conuentiones non obligatoria qua. ibid. nu.10. pag.ea.*
- Con-*
- Conuentiones publicæ etiam iurisgentium. c. 7. numer. 5. in fin. pag.58.*
- Conuentiones publicæ semper pacem respiciunt. ibidem. numer. 6. pag.ea.*
- Conuentiones priuatae, iurisgentium, aut ciuilis difficiunt maxime. ibid.*
- Conuentio generalius quid obligatione c. 9. nu. 8. pag.69.*
- Conuentio nuda, & paclum nudum sepè idem. ibidem. nume. 9. pag.70.*
- Correlatiuorum natura. c. 10. nu. 2. pag.80.*
- Culpa omissionis diligentiae. c. 17. nu. mc.3. pag.122.*
- Culpa quos gradus non excedat. ibidem nu.2. pag.111.*
- Culpa lata, leuis, & leuissima. ibid. nu.5. pag.122.*
- Culpa lata leuis, & leuissima quando presentur. ibidem numer. 7. pag.125.*
- Culpa lata dolus. ibidem. nume. 8. pag.126.*
- Culpa lata semper dolus. ibidem. nu. 15. circa fi. pag.130.*
- Culpa ex ignorantia, & ex negligencia. ibid. pag.ea.*
- Culpa diuisio non specierum, sed graduum. d. c. 17. numer. 1. pag.121.*
- Culpa diuisio ex diligentia. ibid. nu. mc.2. pag.ea.*
- Culpæ tres gradus. ibid. nu.4.p.122.*
- Culpa*

I N D E X

Culpa gradus mensuræ rationem feruant. ibidem. nu.6. pag.123.

D

DAMNV M nascituri præcautur. c. 11. nu. 2. pag.87.

Damnum paruum ferrre debet is, à quo immodicum lucrum non auferatur. c. 16. numer. 12. pag.118.

Debitum quando dicatur. c. 13. nu.2. pag.95.

Definire impropiè maxima impro- prietas. c. 28. nu.6. pag.187.

Defunctorum voluntatem conserua-re aquissimum. c. 34. numer. 3. pag.211.

Demonstratio falsa, aut incerta non necet. c. 22. nu.1. pag.159.

Depositum ex necessitate culpam auget in depositario. c. 12. num. 3. pag.92.

Detentatio quare appellatur posses-sio naturalis. c. 27. numer. 9. pag.183.

Detractatores nemini parcunt. c. 36. nu. 2. in fi. pag.220.

Deus naturæ auctor impressit uniuersi- que principia quadam ad sui conseruationem, qua junt ins natu- rale. c. 2. nu.2. pag.21.

Dictionis seu natura. c. 22. per totum. pag.159.

Dictionis seu, aut siue, ut vere al ternatiue vñus. ibidem. nume. 2. & 3. pag.160.

Difinitio iuris naturalis à diebus Accursij vim patitur. c. 2. nu-me.1. pag.20.

Differentia nulla inter latam, ac la tam culpam. c. 17. numer. 6. pag.123.

Differentia legatorum nulla. c. 23. nu.6. pag.164.

Diligentia gradus. c. 17. numne. 2. pag.121.

Diligentia gradus addita negatione constituunt culpæ. ibid. nume. 5. pag.122. & seq.

Disiunctio diuersis facultatibus va- ria. c. 20. nu.1. pag.123.

Disiunctionis natura iurisconsultis probè cognita. c. 21. nume. 3. pag.153.

Disiunctionis natura nunquam mu-tatur. c. 33. nu.1. pag.205.

Disiunctionis particulae in copulam quandoque convertuntur. c. 34. nu.1. pag.211.

In disiunctione plus uno verum esse non potest. c. 20. numer. 2. pag.123.

Disiunguntur non contraria aliquan-do. ibid. nu.13. pag.149.

Disiunctum Dialeticis quid. ibid. nu.2. pag.123.

Disiunctum Iurisconsultorum. ibid. nu.3. pag.144.

Disiuncti proprij natura. d. c. 20. nu. 11. pag.147.

Dissoluta negligentia qua. c. 17. nu. 15. circa fi. pag.130.

Disoluere nodum à se factum nihil Ff 3 boni.

I N D E X

- boni.* c. 13. nume. 1. pag. 132.
Distantia in pretio rerum alterna-
tive promissarum non præsumi-
tur. c. 23. nu. 3. pag. 162.
Divinitatis est in nullo peccare. c.
 36. nu. 7. pag. 222.
Dolus re ipsa dolus est. c. 17. nu. 9.
 pag. 126.
Dominium quid. c. 26. numer. 7.
 pag. 176.
Dominium correlatum seruitutis.
 ibid. nu. 8. pag. ea.
Dominij & proprietatis differentia
generalis uonatur. ibid. nu. 10.
 pag. ea.
Donatio causa mortis eiusdem iuris
cum legatis. c. 19. numer. 4.
 pag. 140.
Donatio & stipulatio mortis causa
differunt. ibidem. numer. 5.
 pag. ea.

E

- LECTIO in legato alterna-*
tino cuius. c. 23. nume. 4.
 pag. 163.
Electio legatario quare concedatur.
 ibid. nu. 5. pag. 164.
Epychiae quid. c. 1. numer. 11.
 pag. 15
Epychiae ius lenit, & interpretatur.
 ibid. & nu. 12. pag. ea.
Exceptionum diuisio. c. 28. num. 1.
 pag. 186.
Exceptionum dilatoria. ibi. nu. 3. pag. 187.
Exceptio anomala est verè exce-
ptio dilatoria. ibi. nu. 3. pag. 187.

Gemi-

- Exceptionum dilatoria natura.*
 ibid. nu. 4.
Exceptio dilatoria verè exceptio.
 ibid. nu. 5. pag. ea.
Exceptio mixta est peremptoria.
 ibid. nu. 7. pag. 188.
Exceptio quasi peremptoria, per-
emptoria censenda. ibid. d. nu. 7.
 pag. ea.
Exiguitatis ratio non habenda. c.
 16. nu. 5. pag. 114.

F

- F**ACTA non sunt de iure natu-
 rae. c. 2. nu. 10. pag. 23.
Facultas sensitiva in homine subie-
cta rationi. ibid. nu. 16. pag. 25.
Familiae erescundæ iudicio quando
agendum. c. 30. nu. 2. pag. 193.
Familiae erescundæ non agitur,
quando eius iudicium est semel
intentatum. ibid. pag. 194.
Fictio legis in possessione civilisfi-
ma. c. 27. nu. 11. pag. 184.
Fideicommissum ad modum institu-
tionis regulandum. c. 25. nu. 2.
 pag. 171.

- Filiorum educatio semper in se est*
iuris naturalis. c. 2. nu. 3. pag. 21.
Filios sine causa exhaeredare non li-
cet, licet lex id permittat. c. 4.
 nu. 8. pag. 40.
Finis factorum cum ius respicit tan-
tum de iure naturali. c. 2. n. 1. p. 23.
Finis latitudinis qua ratione consi-
deretur. c. 17. nume. 12. & 13.
 pag. 128. & 129.

I N D E X

- G**
- GEMINATIONES** doctorum
 semper damnauit Alciatus.
 c. 36. nu. 1. pag. 219.
Geminaciones in iure defendantur.
 ibid. nu. 2. pag. ea.
Gesta per serum pretorem valent
de equitate, non de rigore iuris.
 c. 6. nu. 3. pag. 51.
Gradus culpæ quot. c. 17. nume. 1.
 & 3. pag. 121. & 122.
Gradus culpe rationem mensira
seruant. d. c. 17. nu. 6. pag. 123.

H

- H**AERES nominatus in lega-
 to quomodo teneatur. c. 29.
 nu. 1. pag. 189.
Hæreditatem respxisse testator quā
do videatur. ibid. nu. 2. pag. 190.
Per hæreditatem ignorans acquirit.
 c. 11. nu. 3. pag. 88.
Homo habet partem communem
cum bellis, quæ est sensitua. c. 2.
 nu. 16. pag. 25.
Homines naturæ igniculos restrin-
gunt. ibid. nu. 15. pag. 24.

I

- I**GNORANTIAE culpa. c. 17.
 num. 15. pag. 129.
Incestuosi non debent appellari natu-
rales. c. 32. nu. 6. pag. 202.
Incestuosos non esse alendos. ibid. per
 tot. pag. 200.

- Incestuosos pater alere potest, si libet.*
 ibid. nu. 10. pag. 203.
Incertitudo vitiæ legatum, institu-
nem, & similia. c. 34. n. 2. pa. 211.
Ius dicitur à iustitia. c. 1. num. 1.
 & 8. pag. 12. & 14.
Ius à iuuando, aut iubendo ibid. nu.
 2. & 3. pag. 12. & 13.
Ius nomen primitium, ibid. nume. 5.
 in fin. pag. 13.
Ius accipitur pro iuris arte. ibidem.
 nu. 7. pag. 14.
Ius est illud quod è iustitiae fonte ema-
nat. ibid. nu. 8. pag. ea.
Ius reducendum ad sua principia. c. 4.
 nu. 2. pag. 37.
Ius peccatum non præsumit. c. 32. nu-
 me. 2. pag. 201.
Iuris nomen variè accipitur. c. 1. nu-
 me. 7. pag. 14.
Iuris diffinitio. ibid. nu. 9. pag. 15.
Iuris initium à natura. ibid. num. 15.
 & 16. pag. 17. & 18.
Iuris ars versatur circa ius naturale.
 ibid. nu. 16. pag. 18.
Ius in diffinitione iuris naturalis non
accipiendum pro instinctu. c. 2.
 nu. 1. pag. 20.
Ius dicit rationem. ibid. nu. 5. pag. 21.
De iure non licet iudicare. ibidem. nu-
 me. 8. pag. 22.
Iuris diuisio. c. 3. pertot. pag. 28.
Iura metu iniusti inuenta. c. 4. nu. 1 &
 pag. 42.
Iura reducenda ad consonantiam. c.
 16. nu. 3. in fi. pag. 114.
Ius dinum à naturali collectum ra-
tione

I N D E X

- tione supernaturali.* c. 3. num. 19.
circa med. pag. 24.
- Ius naturale aquum, & iniquum di-*
gnoscit. c. 1. nu. 15. pag. 17.
- Ius naturale non homini proprium,*
sed omnibus animantibus commu-
ne. c. 2. nu. 3. pag. 21.
- Ius naturale participatio legis eter-*
næ, ibid. pag. ea.
- Ius naturale non ex ventium quali-*
tate, sed ex se: pfo aestimandum. ibi.
nu. 4. pag. ea.
- Ius naturale vnum.* d. c. 2. nume. 18.
pag. 25. & c. 3. nu. 3. pag. 28.
- Ius naturale aliter regit hominem, at-*
que animantia. c. 2. numer. 18.
& 19. pag. 26.
- Ius naturale per se existit.* c. 3. nu. 3.
pag. 28.
- Ius naturale aliter atq; aliter accipi-*
tur. ibid. nu. 15. pag. 32.
- Ius naturale semper fuit à principio*
creationis. c. 3. nume. 17. & 20.
pag. 32. & 34.
- Ius naturale, gentium, & ciuale qua-*
ratione generaliter dignoscantur.
ibid. nu. 21. pag. 35.
- Ius naturale est velut substantia, ibi-*
dem. nu. 24. pag. ea.
- Iuris naturalis diffinitio.* c. 2. nu. 15.
in fin. pag. 25.
- Iuri naturali animantia naturæ in-*
stinetu obsequuntur. ibid. num. 13.
pag. 24.
- In re naturæ intelligit homo quid sit*
bonum, & quid malum. c. 1 sume.
15. pag. 17.
- Iura referenda ad tria predicamenta.*
c. 3. nu. 23. pag. 35.
- Ius gentium significat aliquando ius*
naturale pertinens ad homines. ibi.
nu. 4. & 6. pag. 29.
- Ius gentium habet plurimum natura-*
lis. ibid. nu. 13. pag. 32.
- Ius gentium quaratione à naturali*
deducatur. ibi. & nu. 16. pag. ea.
- Ius gentium quaratione constitutionis.*
ibid. nu. 18. pag. 33.
- Ius gentium, & ciuale positiva.* ibid.
nu. 19. pag. 33. & 34.
- Ius gentium, & ciuale quid differint.*
ibid. num. 19. pag. ea. & num. 22.
pag. 35.
- Ius gentium est velut proprium.* ibid.
nu. 25. pag. ea.
- Ius gentium natura & ordine ciuite*
precedit. c. 8. nu. 5. pag. 61.
- Ius ciuale est quasi accidentis.* c. 3. nu-
me. 26. pag. 36.
- Ius ciuale per syllogismum deducitur*
à naturali, & quaratione. c. 4.
nu. 1. pag. 37.
- Ius ciuale quando fiat ex naturali.*
ibid. nu. 5. pag. 38. & 39.
- Ius ciuale à naturali, & positiva cau-*
sa constitutitur. ibid. nu. 3. pag. 38.
- Ius ciuale quaratione determinet na-*
turale. ibid. nu. 7. pag. 39.
- Ius ciuale non potest tollere naturale.*
ibid. nu. 8. in fi. pag. 41.
- Iuris civilis scopus.* ibid. nu. 7. circa
med. pag. 40.
- Ius positivum, proprium, aut commu-*
ne. c. 3. nu. 10. pag. 31.
- Ius*